DISSERTATIO DE LIQUIDO EJUSQUE JURE, QUAM PRAESIDE ... DN. PETRO MÜLLERO ... IN...

Peter Müller, August Hofmann, Valenti Gonzaga

ILLUSTRI, MAGNIFICO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO JOACHIMO MARTINO Unverfährten/

JCTO FAMIGERATISSIMO, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO INTIMO AC REGIMINIS PRINCIPATUS MINDENSIS CANCELLARIO EMINENTISSIMO

PATRONO ATQVE AFFINI PARENTIS LOCO ÆTATEM SANCTE DEVENERANDO

FELICITATEM PERENNEM!

DAbis veniam, PATRONE MAGNIFICE, dum pagellas haſce Venerando Nomini TUO conſecrare ſuſtineo. Licet enim Magni Nominis TUI ſplendorem neutiqvam mereantur, optimo tamen certe animo ac deditiſſimo TIBI me hoc feciſſe IPSE judices. Etenim, cui potiori jure ſacras eſſe has paginas juberem, qvàm TIBI, PATRONE SUMME, haud eqvidem video, præſertim ad id TUORUM in me beneficiorum magnitudine adductus. Tot enim tantaqve TUA in me extant merita, ut eorum nullam partem non modo referendâ; ſed ne cogitandâ qvidem gratiâ conſeqvi poſſim. Præter hæc movit TUA me ſingularis ac omnibus perſpecta comitas, qvâ litteras & ſtudioſos litterarum foves, ut non dubitaverim tam gratum hoc TIBI fore chartaceum, ut facilè ſcriptionis vitia poſſit deprecari. Patere igitur, qvæſo Clariſſimum Nomen & perpetuò celebrandum huic inſcribi, ut, cum re ipsâ gratus eſſe neqveam, publicum ſaltem Paternæ TUÆ in me voluntatis exſtet teſtimonium. Suſcipe hunc exiguum ingenii mei fœtum, qvem in gratæ ac devotiſſimæ mentis teſſeram ad pedes

des

des TUOS depono. Et ſicut animi ingenii eſt, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, ita magis TIBI me obligatum gaudebo, ſi ſerenâ, ut ſoles, fronte has paginas aſpexeris. Reſtat, ut SUMMUM NUMEN ſupplex venerer velit ILLUSTREM TUAM MAGNIFICENTIAM cum totâ ſplendidâ Familiâ diu ſoſpitem ac incolumen ſervare, ut vivere poſſis Patriæ, TIBI, Clientibus, qvorum cenſui me qvoqve addictum volo

ILLUSTRIS TUAE
MAGNIFICENTIÆ

ad aram usq; addictiſſim.

AUGUSTUS Hoffman/ Author.

Præſamen,

Cùm judicis ſit veritatem ac juſtitiæ ſeqvi veſtigia *l. 13. C. de ſent. & interloqv.* præprimis ipſi liqvere debet, id, qvod judicat , eſſe regulis æqvitatis & juſtitiæ conforme. Qvanqvam difficultate non caret, id qvod verè juſtum eſt, ab eo, qvod tale videtur, diſcernere, cum ſecundùm Ariſt. *1. Eth. Nic. 1.* in moralibus non æqve ut in mathematicis diſciplinis certitudinem invenire liceat, qvod eò evenit, qvia Mathematicæ diſciplinæ â materiâ omni formas ſeparant, & qvia formæ ipſæ plerumqve tales ſunt, ut nihil habeant interjectum, ſicut inter rectum & curvum nihil eſt medii. In moralibus verò circumſtantiæ etiam minimæ variant materiam & formæ & qvibus agitur ſolent habere interjectum aliqvid eâ latitudine ; ut modò ad hoc modò illud extremum propius accedatur, vid. Grot. *d. jur. b. & p. lib. 1. c. 2. 3. 1. n. 3.* Melius tamen judex conſcientiæ ac officio ſuo non ſatisfaciet , qvàm ſi in ejusmodi ambiguitatibus conſvetudinem aut rerum perpetuò ſimiliter judicatarum authorita-

ritatem ſeqvatur *l. 38. ff. de LL. l. 3. l. 12. C. eod.* Non minus qvoqve perſpectam ac probè cognitam habere debet facti ſpeciem, cujus veritatem ſæpius in profundo abſtruſam non niſi argumentis luce clarioribus eruere poteſt. Sunt autem argumenta vel artificialia vel inartificialia; hæc fiunt per apertiſſima documenta & ipſam rei confeſſionem, ex qvibus liqvidiſſima conſtituitur cauſa, qvæ paratam ſecum trahit exeqvutionem. Secus enim ſi cuilibet propria adnotatione ſibi debitorem conſtituenti plena ſemper fides adhiberetur, multis fraudibus ac injuriis pateret locus, eo inprimis ſeculo qvo tot exiſtunt æruſcatores ac avari, qvi totam fortunam habent in nominibus *l. 40. §. 8. de ſtatu lib.* totqve debitores, qvorum tanta ſæpius eſt malitia, ut vix ulla obligatio tàm firmis ac potentibus clauſulis etiam à viris peritis confici poſſit, qvam non qvorundam debitorum perverſitates pertundant; Gail. *de Arreſt. c. 9. n. 17.* Nunqvam itaqve qvicqvam judex contra reum decernere debet, niſi in causâ liqvidâ, h. e. qvæ apertiſſimis documentis eſt inſtructa & indiciis luce clarioribus expedita. Cum autem totâ die hoc in praxi occurrat, ut ſuper hoc lis ſit,

an

an debitum ſit liqvidum, qvod judex probè ab illiqvido, obſcuro & dubio diſcernere ſciat, non mihi qvis vitio vertet, ſi nobiliſſimam ac in foro utiliſſimam materiam pro ingenii tenuitate elaborandam ſuſcepero; Non qvòd per omnes ac ſingulos juris articulos eam deducere mihi ſit propoſitum; Sed ſolùm qvatenus circa debitum verſatur illam examinare animus ſit. Qvæ ut benè vergant, Clementiſſimum Numen ſupplex veneror, velit de Liqvido mihi ſcripturo ita aſſiſtere, ut in hoc Academicorum laborum ſpecimine ſacratiſſimo Ipſius nomini ac gloriæ velificatum me eſſe liqveat!

CAPUT I.

QVID VOX LIQVIDI SIGNIFICET.

SUMMARIUM.

Qvomodo ſumatur vocabulum liqvidi. Qvid ſit.

§. Un.

NE qvid diſſertationum conſvetudini detrahere videar, primo ſtatim loco de nominis Etymologiâ qvædam præmittenda duco, cùm nomina & res duæ ſint ideæ veritatis, nec alio modo rei naturam inveſtigare liceat qvàm verborum beneficio. Liqvidum

 ſumi-

ſumitur vel pro aliqvo diſſoluto, & hoc derivatur à liqveſcere flieſſend werden/ zerrinnen. In qvo ſignificatu à Medicis accipitur, qvando de auro vel plumbo ac ſimili diſſoluto dicitur: *Vel* pro aliqvo qvod eſt clarum ac perſpicuum; qvod iterum ſumitur vel propriè vel impropriè. Illo modo dicitur fons liqvidus apud Curt. *lib. 3. c. 1.* Hoc loco accipitur pro eo qvod conſtat, *l. 5. ∬. 1. ff. q. ex c. in poſſeſſ. l. 7. §. 2. de ſuppellectile leg. l. 2. ∬. 4. ff. qvem. teſt. aper. l. 1. §. 24. de SCt. Silan. l. 47. ∬. 2. de fideic. libert.* Sic judices in re ambiguâ & dubiâ ita ſe judicandi neceſſitate ſolebant expedire, ut pronuntiarent ſibi non liqvere *l. 13. ∬. 4. de Recept. l. 36. de Re judic.* Qvo ſenſu dicitur debitum liqvidum, *qvod eſt certum, h.e. de qvo apparet qvid, qvale qvantumve ſit vel de qvo conſtat ac liqvet. l. 1. C. ſi ſecund. nupt.* Et in hoc ſignificatu ſumitur in præſentiarum. Et eſt liqvidum debitum, de cujus veritate ratione qvantitatis & qvalitatis verè conſtat, ut aliæ judicis non ſint partes, qvàm ut ad inſtantiam partis ſententiam vel abſolutoriam vel condemnatoriam ferat.

CAP. II.

DE CAUSA EFFICIENTE.

SUMMARIA.

I. *Originem ducit liqvidum ex Inſtrumento, Confeſſione & Re judicata.* II. *Inſtrumentum quot modis ſumatur.* III. *Eſt vel publicum vel privatum. Qvid publicum. Referuntur ſpecies.* IV. *Qvid privatum.* V. *Tres hujus ſpecies, Chirographum, Libri rationum & Epiſtola.* VI. *Reqviſita inſtrumenti referuntur.* VII. *An anni ac dies notatio ad inſtrumenti validitatem exigatur?* IIX. *Ne ſint abolita & cancellata.* IX. *Actor debet edere inſtrumenta.* X. *Debent in originali produci.* XI. *Intra terminum præfixum.* XII.

Quid noviſſimo Rec. ſeſſ. Imper. diſpoſitum. XIII. *Quid de jure Saxonico & Magdeburgico obtineat.* XIV. *Accedat recognitio partis adverſæ.* XV. *Debent recognoſci vel ab ipſis debitoribus vel ab aliis.* XVI. *Recognoſci debet manus, aut qvis juratò deb et diffiteri.* XVII. & XIIX. *Qvibus modis recognitio ceſſet.* XIX. *Libri mercatorum quatenus probent.* XX. *Liber Mercatoris repertus falſus in uno, talis etiam in alio præſumitur.* XXI. *Inter mercatores plenè probant.* XXII. *Quatenus epiſtola probet.* XXIII. *Alteram cauſam liqvidi conſtituit confeſſio.* XXIV. *Qvomodo fiat confeſſio* XXV. *Judicialis confeſſio majorem habet vim qvam extrajudicialis.* XXVI. *Qvid ſit judicialis confeſſio.* XXVII. *Confeſſio extrajudicialis ſemiplene tantùm probat.* XXIIX. *Utraq; fit vel verè vel ficté.* XXIX. *Referuntur exceptiones.* XXX. *Qvomodo fiat confeſſio præſumtivè.* XXXI. *Q. Num neceſſarium ſit ut pars adverſa eam acceptet?* XXXII. *Tertia cauſa eſt Res judicata.* XXXIII. *Debet ſententia ferri à judice competente.* XXXIV. *Condemnatio vel abſolutio fiat circa id qvod in judicium deductum eſt.* XXXV. *Forma judicandi legibus præſcripta diligenter ſervanda eſt.* XXXVI. *Res judicata pro veritate habetur.* XXXV. *Res judicata prodeſt victori & nocet victo.* XXXVII. *Tertio nocere neqvit.*

§. I.

OMnes cauſas, qvæ ordinariam judicii telam ejusqve moras non patiuntur, ſed citas & levato velo expeditas exigunt exeqvutiones, oportet eſſe munitas apertiſſimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expeditas. *l. 25. C. de probat.* Juſtitiam enim eradicare videtur, qvi ad debitum non probatum condemnat Alex. *conſ. 39. vol.* 1. Originem autem ducit liqvidum (1) ex *Inſtrumento*, (2) *Confeſſione*, (3) *Re judicata.*

§. II. *Inſtrumentum* vel laxius ſumitur pro omni eo qvod inſtruere cauſam poteſt, qvo ſenſu tàm teſtimonia, qvàm homines inſtrumentorum appellatione veniunt. *l. 1. ff. de*

de V. O. vel ſtrictius, prout denotat ſcripturam ad rerum geſtarum fidem comprobandam confectam. *l. 15. C. de probat.*

§. III. Diſpeſcitur ratione cauſæ efficientis in *publicum* & *privatum* *l. 11. C. qvi potiores in pign. l. 5. C. de probat. Nov. 49. c. 2.* Publicum eſt ſolennis ac ritè ordinata ſcriptura per publicæ perſonæ manum memoriæ causâ facta. Eſt autem iterum vel ſimpliciter, vel ſecundum qvid tale; Illud eſt qvod authoritate judicis eſt munitum ſ. apud acta publica magiſtratum videlicet vel judicem, ſeu ex Archivo publico ſit prolatum *l. 6. C. de re judic. l. 30. l. 31. C. de donat. l. 10. ff. de probat.* Qvorum cenſui annumerari poſſunt *libri cataſtri,* ſeu *æſtimi* ritè confecti in puncto probationis collectarum. Frantzk. *lib. 3. Reſ. 1. n. 338.* Mev. *deciſ. 179. n. 4.* Libri *Parochorum* Kirchen-Bücher & alii libri publici prout à Facultate Juridicâ Wittebergenſ. Senatui Stolbergenſi reſponſum fuiſſe teſtatur Richterus *deciſ. 12. n. 3.* Daß Raths Bücher und Regiſter/ſo in Archiven gefunden/ pro privatis ſcripturis nicht zu halten/und von euch in vim probationis præſertim in antiqvis wol produciret werden können. Poſterioris generis eſt, qvod extrinſecè denominatur à formâ ſolenni, prout eſt inſtrumentum à Notario publico confectum *l. 17. C. de fid. inſtr.* D. Struv. *J. Civ. Ex. 28. θ. 29.* Qvod verum eſt in ſenſu diviſo, non compoſito. In qvâ enim causâ qvis neqve judex nec teſtis eſſe poteſt, non ut Notarius publicus, ſed privata aliqva perſona cenſetur, nec ejus inſtrumentum habet vim publici inſtrumenti. Mynſing. 1. *reſp. 6. n. 29.* An & Doctorum ſcripturæ pro publicis inſtrumentis ſint cenſendæ, dubitat Carpz. *l. 6. Reſp. 18.* contra Berlich. *p. 1. concl. 43. p. 50.* Formâ tamen præſcriptâ præciſè obſervatâ, de qvâ videatur Berlich. *p. 1. concl. 43.* ut & Dn. præſes diſſert. *de everticulo ſuſpicionis cap. 6.* Inſtrumentum ejusmodi à Notario publico confectum probat & pro ſcribente.

§. IV. *Privatum*, eſt ſcriptura, qvæ absq; ſolennitate in causâ propriâ à perſonâ privatâ vel ſimpliciter vel certo reſpectu tali conficitur. vid. Hahn. ad Weſenb. *t. de fid inſtr.*

 §. 5.

§. V. Hujus tres occurrunt ſpecies (1) *chirographum*, (2) *libri rationum & (3) epiſtola*; Chirographum ſcriptum eſt vel à debitore, & dicitur *antapocha*, qvâ debitor fatetur ſe creditori obligatum, vel à Creditore, qvâ creditor pecuniam debitam ſibi ſolutam eſſe profitetur, eſtqve liberatoria, & vulgo dicitur *qvittantia* eine Quittung. Et hæc plenè contra ſcribentem probat aliàs non item *l. inter chartulas. C. de conven. fiſci debit, lib. 10. l. 5. l. 7. C. de probat.* Liber rationum eſt, qvi continet data & accepta. Eſtq; confectus vel *ratione officii & adminiſtrationis*, vel *pro liberâ voluntate ſcribentis*; prioris generis eſte, qvem facit dominus contra ſubditos. liber ſocietatis, mercatoris, poſterioris dicitur ein Handregiſter oder Handbuch. Epiſtola eſt vel commendatitia vel teſtimonialis vel credititia vid. Lauterbach. *d. ff. de epiſtolâ.*

§. VI. Inſtrumenta privata ſicut publica (1) nomen contrahentium, (2) certam debiti qvantitatem, *l. 6. ff. cert. pet.* (3) cauſam obligationis honeſtam non turpem vel uſurariam continere debent. Cauſam verò obligationis ſeu debiti in chirographis mercatorum non ſemper exprimi debere, ſæpius deciſum in curiâ Friſienſi teſtatur Marqvard. *de jure mercat. lib. 1. c. 14. n. 11.* Qvod tamen regulariter verum non dixerim per *l. cum de indebitr. §. fin. ff. de probat.* videſis Nic. de Paſſeribus *lib. 2. qvæſt. 8. n. 2.* Et idem in Scriptura *Saldi*, in qvâ causâ non fuiſſet expreſſa, qvod non probet tradit Alex. *conſ. 3.*

§. VII. *An anni & diei notatio ad inſtrumenti validitatem exigatur?* de hoc diſceptatur Veriorem tamen in puncto juris dixerim negativàm ex hoc fundamento, qvod ſcriptura privata regulàriter, non niſi contra ſcribentem probet, adeoqve ſufficiat, qvalitercunqve ea fuerit ſcripta; Imputet enim ſibi ipſemet ſcribens, qvod diem non appoſuit. Caballin. *milletopſ. 605. part. 3.* Alciat. *conſ. 1. n. 27.* Qvod tamen limitatur, qvando in concurſu creditorum de prioritate temporis controvertitur, tunc enim utiqve ipſi tempus ac dies eſt probanda, ſecus enim ſuccumberet, prout concludit Tiraqv. *de retract. convent. §. 1. gl. 7. n. 49.*

n. 49. 2. Limitatur qvoad libros rationum, in ipſis enim procul dubio dies & tempus reqviritur.

§. IIX. Ut autem inſtrumenta liqvida dici poſſint, non oportet eſſe abolita vel cancellata, vel in aliqvâ ſui parte ſuſpecta. Bart. *in l. 1. §. fin. de his, qvæ in teſt. del.* præprimis ſi talis abolitio aut ſuſpicio ſit in aliqvo loco ſubſtantiali. Carpz. *proc. juridic. t. 14. n. 61.* Qvod D. Brunneman ſeqventi caſu firmat, qvod Titius contra Mævium ex jure ceſſo egerit, qvoniam verò in inſtrumento ceſſionis raſura apparuerit, contra Titium, qvi etiam jam antè falſi criminis condemnatus, pronunciatum fuerit die 28. Novembr. 1652. Simile ferè exemplum tanqvam magnum præjudicium recenſet Camillus Borellus *conſ. 23.* ubi pari ratione ceſſionis chirographum ducatorum circiter viginti millium pupilli à tutoribus erat raſum, & ut raſura non appareret, qvoniam jam viſibili vitio aperta erat, ſupra eam ex atramento magnâ maculâ conſperſum, qvâ dies, menſis & annus occluſi ita, ut amplius videri, vel, ſciri non poſſent, qvare teſtes, qvi ſcripturam illam ſubſcripſerunt, ſimul cum Notario examinati per auditorem Regium, factam eſſe raſuram ac atramento deletionem animo committendi falſitatem ipſi aſſeruêre.

§. IX. Tenetur autem actor edere inſtrumenta, qvibus non ſolùm ipſemet uſurus eſt; ſed etiam reus, *l. 1. §. 3. de edendo.* qvod tamen non procedit vice versâ, adeò, ut nec judex de Syndicatu conventus, actori contra ſe edere acta judicailia teneatur, teſte Berlichio *p. 1. deciſ. 16.* niſi in cauſis favorabilibus, ut Fiſci, Eccleſiæ, matrimonii, dotis, pupillorum, pauperum, aliorumqve miſerabilium perſonarum. Berlich. *p.* 1. *concl. 45. n. 51.* Et ita in Scabinatu Jenenſ. pronunciatum eſſe, teſtatur Richterus *deciſ. 107. p. 5.* daß ſolche Regul nach gemeinen Schluß der Rechts-Lehrer in cauſis pupillorum, und allen andern/ ſo in Rechten vor andern einen beſondern Favor haben/nicht ſtat findet. (3) Fallit ſi actor replicat, tunc enim habetur pro reo, adeòqve pro ipſius fundandâ aſſertione reus inſtrumenta tenetur e-

dere, qvod poſt Bachov. *in add. ad Weſenb. 4. 12. in fin. de ed. inſtr.* & alios Excellentiſſimus JConſultus D. Struvius teſtatur in *Synt J. C. Exerc. 9. th. 43.*

§. X. Debent autem inſtrumenta in originali produci, vel ſi in inſtrumentis qvædam contineantur, qvæ pro parte adversâ facere videntur poteſt hoc medio periculum à ſe averruncare ut partem ſaltim inſtrumenti producat, qvæ ipſi poteſt inſervire Gail. 1. *obſ. 106.* Eodem modo exemplum ab ipſo Notario, qvi originale conſcripſit, confectum, probat perinde atqve ipſum originale, Bald. in *Auth. ſi qvis in aliqvo. n. 3. C. de edendo.* Lanfrac. *in prax. c. 9. tit. de inſtrum. product.* Covarruv. *pract. qvæſt. t. 2. c. 21. n. 4.* Et hoc ampliatur etiam procedere in exemplo, qvod non ſcripſit idem Notarius; ſed tantum ſubſcripſit, & ſubſignavit. Jaſon. in *Auth. ſi qvis in aliqvo. n. 3. C. de edend.* (2) Ampliatur, qvod inſtrumento amiſſo etiam copia per ſubſcriptionem Notarii approbata & confirmata & à ſcribente recognita plenè probet.

§. XI. Debent autem intra terminum præfixum produci, aliàs omnem perdunt validitatem. De Jure Canonic. usqve ad concluſionem cauſæ produci poſſunt. *c. 9. X. de fid. inſtr.* Poſt concluſionem in causâ non admittenda eſt ulla productio inſtrumentorum niſi noviter ea ſint reperta, aut cauſa ſit ſummaria vel pia, aut judex ex officio procedat, vel cauſa ſit criminalis, de qvibus except. Mynſing. *concl. 926.*

§. XII. Noviſſimo Receſſ. Imp. §. beyneben bleibt einem iedweden ꝛc. ſalutariter proviſum, ut actor ſua documenta, qvibus intentionem ſuam probare vult, ſtatim unà cum libello vel ſupplicatione offerre debeat in copiâ, ut Reus eò melius ſe informare poſſit, an contendere debeat, eaqve actor reproducere tenetur in primo termino poſt litis conteſtationem loco probationis, & petere, ut recognoſcantur, ſi opus ſit.

§. XIII. De Jure Sax. & in terris Ducatus Magdeburgici producens inſtrumenta ad probandum, terminum præ-

præciſè Saxonicum obſervare tenetur, qvod ſi neglexerit, jus probandi perdit, & causâ cadit. H.Piſt. *obſ.185. n.4.* Aliud tamen obtinere in terris Electoratus Saxonici ex *Conſtit. 17. p.* 1. patet; ob wol ein Kl. ſeinen Beweiß/ welchen er mit inſtrumenten zu verführen gedenckt/ binnen Sächß. Friſt beybringen muß/ ſo kan die productio inſtrumentorum in dieſen Landen/ Vermög gemeiner Rechte auch poſt terminum iedoch ante concluſionem cauſæ geſchehen. In qvo paſſu diſcrepat Ampliſſima Facultas Jenenſis à Facultate Lipſienſi non ſine rationibus; Nam primò terminus probatorius jure Communi Saxonico eſt peremtorius & excluſivus, adeoqve probatione intra legitimum terminum omiſsâ producens non amplius auditur; Jam verò inſtrumenta inter modos probandi neceſſariò referuntur, ideò, eorum productio ad hunc terminum fatalem præciſè adſtricta videtur. Secundò, per hanc conſtitutionem Saxonicam tanqvam proviſionem legis arbitrium judicis, cui jure Communi aliàs terminus probatorius eſt relictus, ſublatum eſt, adeoqve præciſè obſervari debet, cùm in arbitrio judicis non ſit amplius repoſitum poſt terminnm probatorium legalem præcluſivum alium concedere, inprimis cum ſic adverſario jus ex lapſu termini qvæſitum aufferretur, qvod Bartholus *in l. 2. in fin. ff. de appell. recip.* pro tanto æſtimat gravamine, ob qvod pars adverſa appellare poſſit.

§. XIV. Ultimò accedit recognitio partis adverſæ, ſine qvâ inſtrumentum nihil probat Alciat. *in l. 16. n. 1. ff. de V. S.* qvanqvam de jure communi locum non habet, niſi in privatis ſcripturis *l. 20. C. de fid. inſtr. Nov. 73. c.* 1. Coler. *de Proc. Exeqv. p. 3. c. 1. n. 93.* Qvod ſecus de Jure Saxonico, qvo & publica inſtrumenta recognitioni ſunt obnoxia, teſte obſervantiâ fori adde *Ord. Proc. El. t. 25.*

§. XV. Debent autem recognoſci vel ab ipſis debitoribus vel ab aliis. Poſteriori modo fit vel conſenſu debitoris, vel ſine conſenſu. Illud fit per procuratorem ad hoc ſpecialiter inſtructum; Hoc fit vel per cognatos, qvi

licet

licet regulariter propter affectionem ad recognoſcendum, compelli non poſſint, ſi tamen alia adminicula adſint, recognitionem recipiendam eſſe, dubium non eſt, velut in Camerâ den 3. Maji anno 1559. obſervatum teſtatur Ruland. *p. 2. q. commiſ. 5. c. 27.* Vel per ſubditos, qvi, ſi eorum dominus eſt contumax, ad recognitionem admitti poſſunt, ſi alia adminicula adſint, inprimis ſi juramento fidelitatis & ſubjectionis ſint ſoluti. Berlich. *p. 1. concl. 44. n. 16.*

§. XVI. Tenetur autem qvis recognoſcere ſuam manum ſine juramento, ſed diffiteri cum juramento Carpz. *p. 1. C. 17. D. 120.* qvod tamen Brunneman nec jure Civili incognitum fuiſſe putat *c. 19. n. 3. per l. 56. ff. de V. S. l. 15. §. fin. ff. de rebus auth. judic. poſſ.*

§. XVII. Ceſſat recognitio (1) ſi qvis ſcripturam confirmare per teſtes velit, puta, ſi agitur de probando aliqvid in judicio petitorio, aliisqve, tunc inſtrumenti fides coadjuvatur fide extrinſecâ teſtium, non autem ſi de ſimplici exeqvutione inſtrumenti agitur, qvia exeqvutio inſtrumenti reqvirit idoneam inſtrumenti ipſius figuram. Maſcard. *de probat. concl. 1254. n. 12.* Qvod confirmat Proc. Elect. Sax. & ad eum Philipp. *conſ. 3. tit. 25.* Da aber dem producenten bedenckl. wäre/ durch ſeinen Widerparth die producirten documenta eydl. diffitiren zulaſſen; ſondern viel lieber andere recognoſcenten als Zeugen angeben wolte/ ſollen dieſelbe vorher ſchweren/ daß ſie auf die vorgelegte Uhrkunden/ wofür ſie dieſelben halten/ die rechte Warheit ſagen wollen/ doch ſoll der producent Articul ſamt Nahmen der Zeugen und recognoſcenten auch Abſchrifften von denen briefſl. Uhrkunden in Sächßl. Friſt zu übergeben/ und Commiſſarien aus zu bitten ſchuldig / und dem andern Theil interrogatoria dawider zu übergebē nachgelaſſen ſeyn Doch daß dieſe ben nicht ad merita & contenta inſtrumentorum, ſondern allein auf Hand und Siegel / und alſo auf externam formam der Uhrkunden gerichtet werden. Videatur qvoqve de his Covarruv. *tit. 2. c. 22.*

§. XIIX. (2) Ceſſat ſi producens inſtrumenta per com-

comparationem literarum verificari petit. *arg. Nov 73. c.6.* Col. *de Proc. Exeqvut. p.3. c 1. n. 145.* An per ſolum judicem comparatio fieri poſſit qværitur? Aff. Carpz. *p.3. Reſp. 84. n.4.* Negat Brunneman *c. 19. n. 20,* qvia ita videri poſſet induiſſe perſonam teſtis.

§. XIX. Seqvuntur nunc *Libri mercatorum*, qvibus regulariter nulla fides adhibetur, cum exemplo pernicioſum ſit, ut ei ſcripturæ credatur, qvâ qvisqve propriâ adnotatione ſibi debitorem conſtituit, *per l. 7. C. de probat.* Moribus tamen ſemiplenè probant, teſte Dn. Köppen *deciſ. 46. n. 56.* Cui accedit Nic. de Paſſeribus *Tr. de priv. ſcript.* qvi per totam ferè Italiam ſtatutum eſſe, cujus vigore libris mercatorum ſtetur, teſtatur, qvod tamen ipſe reſtringit ad modicas ſaltim ſummas; Et Baldus *in l. un. C. de confeſſis*, & Panorm. *c. bonæ fidei ult. tol. de poſtulat.* putant plenè ipſis credi in minuſculis ſummis, ſi aliàs mercator ſit fide dignus.

§. XX. Qvod qvidem principaliter reqviritur, ut aliàs veritatem ſcribere conſveverit. Si enim reperiatur ipſe liber falſus in uno, præſumitur absqve dubio falſus in omnibus. Caſtrenſ. *conſ. 301. n. 4. lib. 1.* Beſold. *Theſ. pract. c. 13. n. 10.* Id tamen notandum, qvod mercatoribus non credatur, niſi qvatenus de negotiatione ſuâ ſcripſerunt. Bachov. *ad Tr. vol. 2. diſp. 2.*

§. XXI. Inter mercatores libri hujusmodi concurrentibus qvalitatibus reqviſitis plenè probant; Inter ipſos enim ex æqvo & bono judicatur, & probationes ſemiplenæ recipiuntur; ita Bald. *conſ. 198. n. 5. vol. 1.* dicens, qvod in cauſis ipſorum mercatorum, ubi de bonâ fide agitur, non congruat de juris apicibus diſputare *per text. in l. ſi fidejuſſor. §. qvædam. ff. mandati.* Maſcard. *concl. 976. n. 8.* & noviſſimè Joh. Köppen. *dec. 46. n. 55.* In Regno Neapolitano Aromatariis pleniſſimam fidem adhiberi teſtatus eſt inter cæteros Camill. Borell. Sic in terminis idem conſ: 82. conſuluit. Nobilem qvendam Alexandrum de Felice, de civitate Nuſci Aromatarium debere obtinere in

 cau-

cauſâ intentatâ pro ſalario medicinarum conſeqvendo, non obſtante, qvod adverſarius prætenderet librum ejusdem Aromatarii nullam fidem facere. Nota tamen, qvod non niſi accedente juramento ſuppletorio libri hujusmodi probent. Mev. *art. 4. t. 6 lib. 5.* Jur. Lubec.

§. XXII. Ultimò privatæ ſcripturæ annumeramus *Epiſtolam*, de qvâ hæc pauca ſunt notanda, qvod ipſa non recognita nec confeſſata, qvin imo etiam negata probationem inducat, qvando reperitur ſignata privato ſolitoq; ipſius ſcribentis ſigillo. Nic. de Paſſeribus *lib. 3. qvæſt. 1. n. 45.* Qvod tamen non procedit, niſi ſcriptura ſimul nomen ſcribentis contineat. Maſcard. *concluſ. 627. n. 40.* Idem *concl. 627. n. 21.* epiſtolam ſuſpectam nec fide dignam putat, qvæ caret titulo illius dignitatis Regiæ aut Principalis, qvam habet vel is, qvi mittit, vel cui mittitur, ob non obſervatum ſtylum curiæ.

§. XXIII. Alteram cauſam liqvidi conſtituit *Confeſſio*, qvæ eſt ejus, qvod ab adverſâ parte intenditur, adſeveratio. Umm. *diſp. 13. th. 8. n. 35.* cujus licet tanta vis ſit, ut etiam rem judicatam poſſit retractare. Sich. *ad l. 5. C. de transact.* propriè tamen probationem non dixerim, cujus rationem dat Schickardus *in Logic. juridic p. m. 96. n. 141.* qvod probationes in agendo potius qvàm patiendo conſiſtant. Sed in effectu per modum interpretandi eadem virtus tribuitur confeſſioni & major etiam, qvàm alii probationi, magis tamen à poſteriori, qvàm à priori; Non enim patitur natura humanæ ſocietatis, ut actibus animi ſufficienter indicatis nulla ſit efficacia, ideo qvod ſufficienter indicatum eſt, non poteſt non pro vero adverſus eum haberi, qvi indicavit, Grot. *lib. 2. c. 4. §. 3.*

§. XXIV. Fit autem confeſſio vel *per ſe ipſum*, vel *per alium*. Per ſe ipſum fit confeſſio, ut; qvando mulier in judicio confitetur pretium ex re dotali venditâ vel mutuo accepto in ſuum commodum converſum eſſe. Berl. *concl. 19. n. 75. 76.* Sic & confeſſio facta à tutore in inventario publico & ſolenniter confecto plenè probat etiam

parte

parte abſente & extra judicium facta. Maſcard. *d. prob concl.* *370.* Et in cauſâ univerſitatis, ubi ſubeſt commodum, qvale eſt jus piſcandi paſcendi, &c. Univerſitas conjunctim admittenda eſt non ſinguli. Carpz. *proc. tit.* 13. *a.* 8. *n.* 77. Per alium fit Vel in cauſâ Univerſitatis; Et tunc fit vel à Procuratore, cujus qvidem confeſſio non ſufficit ad Remp. obligandam ex mutuo, ſi tamen in utilitatem Reip. mutuum eſſe converſum dixerit, tunc plenè probat. Maſc. *concl.* 369. *n.* 11. vel ſi nimis ampla ſit Univerſitas, contra eam fit confeſſio à ſenioribus tribus vel qvatuor, Carpz *Proc. tit.* 11. *a.* 2. *n.* 49. qvi etiam *l.* 2. *Reſp.* 106. *n.* 22. obtinuiſſe olim in Curiâ Lipſienſi docet adminiſtratores Civitatum confitentes ſe mutuum accepiſſe, & in rem civitatis vertiſſe, fuiſſe tamen ſententiam in ſecundâ inſtantiâ reformatam. Vel in cauſâ Singulorum; Et tunc confeſſio alterius alteri non nocet, niſi (1) confeſſio eidem proſit; Sic confeſſio ſolutionis à creditore facta fidejuſſori nocet debitori. Maſc. *concl.* 373. (2) niſi qvis habeat liberam alienorum negotiorum adminiſtrationem ab homine, contra qvem confitetur. *arg. l.* 58. *ff. de procur.*

§. XXV. Cum verò ſigna de animi actibus nullam habeant certitudinem mathematicam; Sed probabilem, probè diſpiciendum eſt, an deliberato animo facta ſit confeſſio, nam & verbis eloqvi aliud poſſunt homines, qvàm qvod volunt & ſentiunt & factis ſimulare; Hinc judicialis confeſſio majorem vim habet, qvàm extrajudicialis, cum magis deliberato animo facta eſſe videatur.

§. XXVI. Judicialis eſt, qvæ fit coram judice partibus præſentibus *l.* 6. *§.* 3. *ff. de confeſſ.* Maſc. *concl.* 347. niſi confeſſio fiat in ſcriptis, libello, poſitionibus, vel exceptionibus, hæc enim ſemper deliberato animo facta eſſe præſumitur Menoch 2. *præſ* 61. Maſc. *concl.* 347. atqve plenè probat *l. unic. C. de confeſſ.* Reqviritur autem, ut fiat coram judice competenti *l.* 24. *C. de lib. cauſ.* Ita ſtudioſus ſi fateatur debitum coram magiſtratu oppidano extrajudicialis tantum eſt per *Auth. habitâ. C. ne filius pro patre.*

§. XXVII. Confeſſio Extrajudicialis ſemiplenè tantùm probat Maſc. *concl.* 348. *n.* 7. niſi fuerit geminata. Menoch. 2. *præſ.* 61. tunc enim arguit enixam & conſideratam hominis voluntatem, nam pro regulâ traditur, qvod ubicunqve intervenit geminatio, plena videatur præceſſiſſe deliberatio. Hinc pleriq; Dd. geminationi ſpeciali, etiamſi extrajudicialis fuerit, ſolent tribuere effectum judicialis confeſſionis *per l. eum ſcimus* 22. *C. de agric. & cenſit.* Hujusmodi autem effectum non tribuimus confeſſioni extrajudic. ſi generaliter fuerit geminata.

§. XXIIX. Utraqve fit vel *verè* vel *fictè* ſeu *præſumtivè*. Priori modo fit vel ſimpliciter vel qvalificativè. Simpliciter fit, qvando aliqvis in judicio conventus expreſsè ac ſimpliciter confitetur ſe debere. Qvalificativè fit, qvando confeſſio annexam qvalitatem habet, & hæc non poteſt pro parte acceptari, & pro parte rejici. H. Piſt. *p.* 4 *qv.* 16. *n.* 1. Sic qvi confitetur, ſe pecuniam debitam accepiſſe, ab exceptione præſcriptionis non excluditur, qvia illa confeſſio non ſimpliciter, ſed ſub expreſsâ vel tacitè ſubintellectâ ſalvatione exceptionum opponendarum qvalificatè fit, deinde qvidem illa in præjudicium debitoris contra apertam juris ſanctionem dividenda non eſt; ſed prout prolata, qvalificativè acceptanda. *arg. l.* 23. *de uſucap. l.* 16. *C. de admin. tut. l.* 27. *fam. hercisc.*

§. XXIX. Excipitur (1) ſi qvalitas illa vel conditio vel circumſtantia ex intervallo addita & confeſſio ſemel purè ſine qvalitate ſit facta. H Piſt. *p.* 4. *q.* 16. *n.* 13. (2) Si contra illam qvalitatem militet præſumtio juris. H. Piſt. *d. l. n.* 8. Gail 2. *obſ.* 106. *n.* 7. (3) Si altera pars falſitatem qvalitatis probare velit H. Piſt. *d. l. n.* 7. (4) Si confeſſio diverſa contineat capitula, ut: ſi fateor me tibi ex mutuo obligatum, ſed, te ex alio capite mihi eſſe obligatum, contendam, tunc enim pro parte poteſt acceptari.

§. XXX. Præſumtivè fit confeſſio, qvæ colligitur ex factis, re ipsâ, ut paciſcendo, contumaciâ, idqve (1) qvoad contumacem emanſionem ad ternam citationem fa-

ctam

ctam de Jure Sax. ex LandR. *l. 3. c. 39.* qvod etiam obtinet, ſi qvis in termino deductionis legitimorum impedimentorum, vel planè non compareat vel legitima impe[illegible] in certa deducere neqveat. Berlich. *p.* 1. *concl.* 17. Fibig. *Proc. judic. p.* 1 *c.* 2. *memb.* 3. 4. *n.* 4. (2.) ſi qvis in jure contumaciter taceat, & interroganti judici reſpondere nolit, aut, qvod perinde eſt, obſcurè neqve πρὸς τὸ ἔπος reſpondeat. *l. de ætate* 11. *§. qvi tacuit.* 4. *& §. nihil intereſt.* 7. *de interr. act.* Solam etiam interdum taciturnitatem ſufficere, ut ſi, qvæ ab adverſâ parte allegantur, qvis non eat inficias, putat Jaſon. *in l. patre n.* 21. 25. *de teſtibus.*

§. XXXI. Qv. *utrum neceſſarium ſit, ut pars adverſa eam acceptet?* N. Ungep. *Dec. comm. de confeſſ. n.* 6. qvia præſumitur acceptata, utpote tendens in præſentis favorem. Umm. de Proceſſ. *d.* 13 *th.* 3. *n.* 39. Contrarius eſt Gail. 1. *obſ.* 55. Mynſing. 4. *obſ.* 51. & Dd. communiter in *l. un. c. de confeſſ.* Cui opponi etiam ſuffragatur praxis qvotidiana, qvâ acceptare ſolent Advocati & Procuratores verbis: Und wil anfängl. Kl. all das jenige/ was von Gegentheil in ſeinem Einbringen ihm zum beſten eingeräumet und geſetzt/ gerichtl vorgeſtanden/und bekant/ acceptiret und angenommen haben/ inſonderheit aber acceptiret ec. Poſſe autem alios etiam præter procuratores nomine abſentis etiam ſine mandato acceptare ad effectum ut valida ſit, putat Maſcard. *concl.* 347. *n.* 112. *& ſeqq.*

§. XXXII. Tertiam cauſam abſolvit *Res judicata l.* 25. *ff. de ſtatu hom.* qvæ eſt lis terminata à competenti judice per ſententiam intra legale tempus nullo remedio ſuſpenſivo vel devolutivo peremtam. *c.* 13. *c.* 15. *X. de re judic.* Hinc Carpz. *de proceſſ. tit.* 16. *art.* 4. *§.* 1. talem formulam ſententiam ferendi refert: Dieweil wider den geſprochene Urtheil die Partheyen ſich keines remedii ſuſpenſivi gebrauchet/ſo hat es nunmehro ſeine verbindliche Krafft Rechtens erreichet.

§. XXXIII. Debet autem ſententia ferri à judice competente, ſecus eſt nulla, niſi (1 ſcienter coram incompe-

 tenti

tente judice ſit litigatum vi prorogatæ jurisdictionis ; (2.) niſi qvis judicem ſe competentem pronunciaverit, nec per partes intra legitima tempora fuerit appellatum, qvia talis pronunciatio facit ipſum judicem competentem dummodo habeat aliqvam jurisdictionem, ſecus ſi ſit merè privatus, qvia tunc iſta pronunciatio eſſet ipſo jure nulla. Caſt. *in l.* 1. *n.* 1. *C. ſi à non compet. jud.* Sæpius tamen à collegio ſapientum concepta à judice publicatur, & ſic perinde habetur, ac ſi ab ipſo judice ſit concepta, ut ita pronunciata omnino in rem judicatam tranſire poſſit. Bach. *ad Tr. vol.* 2. *diſp.* 23. *§.* 2. *lit.* 6. Carpz. *p.* 1. *c.* 26. *d.* 1.

§. XXXIV. Reqviritur, ut condemnatio vel abſolutio fiat, circa id, qvod in judicium deductum fuit *l* 18. *com. divid. l fin C. de fideic. libert.* Qvid verò in judicium deductum fuit *l.* 18. *com. divid. l. fin. C. de fideic. libert.* Qvod verò in judicium ſit deductum potiſſimum æſtimatur ex libello & naturâ actionis, reiqve petitæ conditione, licet enim qvid non expreſsè ſit petitum, ſi tamen ex actionis aut rei petitæ naturâ appareat, qvod hoc vel illud præſtandum ſit tacitè petium cenſetur, & à judice in condemnatione vel abſolutione attendi debet. Hartm. Piſt. *obſ.* 102. *n* 8. Zang. *de Except. part.* 3. *c.* 17. *n.* 32. Carpz. *Jpr for. p.* 1. *c.* 26. *d.* 8. *lib.* 1.

§. XXXV. Forma judicandi præſcripta legibus diligenter ſervanda eſt. Forma autem hæc eſt, (1.) ut lite demum conteſtatâ receptisqve probationibus & causâ plenè cognitâ pronuncietur. *l.* 2. *l.* 3. *C. de ſent. ex peric. recit.* Magnif. Dn. Struv. *Ex.* 44. *§.* 5. idcircò Bartholo qvem refert Cephall. *conſ.* 544. *n.* 18 *& conſ.* 606. *n.* 9. potius fulminare qvàm judicare videtur, qvi absqve cauſæ cognitione ſententiam profert. (2.) Abſolutio vel condemnatio in ſententiâ debet eſſe pura non conditionata ; Si tamen conditio ſine novâ cognitione judicis poſſit purificari, etiam ſententia definitiva ſub tali conditione concipi poteſt. Sic v. g. valida eſt ſententia ſub conditione, ſi actor juraverit. Manz. *Deciſ. Palat qvæſt.* 58. *arg. l.* 12. *C. de rebus cred.* Carpz.

Jpr.

Jpr For. p. 1. *c.* 26. *d.* 9. 10. 11. Hahn. *in obſ. ad Weſ. h. t.* (3.) Fiat in ſcriptis *l.* 2. & 3. *C. de ſent. ex peric. recit.* Bald. *in l.* 8. *C. de teſt.* cujus limitationes vide apud Calvolum *in com. concl. aur. p. m.* 4‘0. (4.) Partes debent ad hoc citari *l.* 7. *C. qvomodo & qvando &c. l.* 1. §. 3. *qvæ ſent. ſine appell. reſcind. l.* 68. *de judic.* Nec ſufficit citatio ſimplex, ſi ferri debeat ſententia definitiva; ſed reqviritur citatio peremtoria ad hoc, ut ſententia valeat Calvol. *com. concl. aur. p. m.* 456. idem tamen limitat prædicta (1.) in ſententiâ ſuper expenſis, qvod confirmat Alber. *in l.* 3. *C. qvomodo & qvando* (2.) in cauſis ſummariis, cui accedit Maranta in ſuo Spec.

§. XXXVI. Res judicata facit liqvidum, & pro veritate habetur *l.* 25. *ff. de ſtatu hom. l.* 201. *ff. de R. I.* adeo ut faciat de nigro album & de albo nigrum. Curt. Jun. *conſ.* 177. *n.* 12. Hyppol. de Marſil. *conſ.* 82. *ſcient. omn. n.* 1. qvod tamen non propriè & eſſentialiter intellectum velim; ſed qvoad effectum iuris. Et hoc exinde venit qvoniam litigantes judicio qvaſi contraxiſſe putantur, qvod rem judicatam pro veritate habere velint *l.* 3. §. 11. *ff. de peculio*. Et dum victus contra ſententiam nullo remedio ſuſpenſivo vel impugnativo eſt uſus, videtur paſſus eam in rem judicatam tranſire *l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. qvant. l.* 3. *C. qvomodo & qvando. l.* 7. *C. de appell.*

§. XXXVII. Prodeſt igitur Res judicata victori & nocet victo; Et licet jus faciat, non tamen trahi debet ad conſeqventias; ſed ſtrictè eſt interpretanda, ut regulariter nec perſonam nec cauſam egrediatur, adeoqve tertio neqve proſit neqve noceat. Fallit tamen ſi eodem aut firmiori jure, qvàm actor, tertium gaudere conſtet, tunc enim ſententiam latam pro agente tertio qvoqve prodeſſe indubium eſt. Sic v. g. ſi ex pluribus creditoribus, qvibus opponi poteſt exceptio Excuſſionis, unus egerit, & pronunciatum ſit debitorem non eſſe ſolvendo, reliqvis creditoribus hoc prodeſt, ut his contra fidejuſſorem vel hypothecæ poſſeſſorem agentibus exceptio excuſſionis opponi non poſſit. Scacc. *de ſent. & re jud. gl.* 14. *qvaſt.* 12. *n.* 60.

§. 38.

§. XXXIIX. Sicut autem res judicata alteri non prodeſt, ita nec tertio nocere poteſt; nec enim aliqvis citra factum ſuum alterius facto eſt prægravandus. Igitur ſi rei vindicationem inſtituens rem à poſſeſſore avocaverit, aut ſi ſuccubuerit, vero rei domino hoc præjudicium facere neqvit, qvo minus is ſuo jure rem iſtam perſeqvi poſſit; Suas tamen patitur qvoqve limitationes, de qvibus vid. *l. 63. ff. de re judic.* Marta Neapolit. *digeſt. noviſſ. tom. 1. tit. de ſent. definitiv.*

CAP. III.

DE

CAVSA MATERIALI SVBJECTIVA.

SUMMARIA.

§. I. *Subjectum liqvidi ſunt Debitor & Creditor.* II. *Debitores ſunt vel verè perſonæ, vel qvaſi perſonæ. Illæ ſunt vel Majores vel Minores. Majores tenentur vel proprio vel alieno nomine.* III. *Q. An ſucceſſor feudalis ad ſolutionem æris alieni à Vaſallo defuncto contracti poſſit adſtringi?* IV. *Factores & Inſtitores tenentur de debitis.* V. *Mulieres ex ſuo contractu tenentur; Alienam verò obligationem intercedendo ſuſcipere neqveunt.* VI. *Fallunt hæc in fœminâ mercatrice.* VII. *Ex contractu mutui mulier ſine curatoris conſenſu validè obligatur.* IIX. *Q. An mulier de jure Sax. ſine curatoris authoritate ſuper debito ſibi ſoluto efficacem qvietantiam debitori ſuo facere poſſit? Affirm.* IX. *Qvomodo Minores obligentur.* X. *Efficaciter obligantur tutoris vel curatoris authoritate interveniente.* XI. *Qvid probandum ei, qvi contra univerſitatem ex mutuo agit?* XII. *Limitatio.* XIII. *Adminiſtratores qvandoqve univerſitatis ipſi tenentur.*

§. I.

§. I.

SUbjectum liqvidi conſtituunt *Debitor* & *Creditor*; Ille eſt, qvi aliqvid debet, hic, cui aliqvid debetur, & pro naturâ relatorum uterqve pari modo ex conventionis lege obligatur, niſi impari exiſtente illorum conditione. Sunt enim, qvorum fragile & infirmum eſt ætatis vel ſexus conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumqve inſidiis expoſitum *l. 1. de min. 25. ann.* qvi cum præſumtione juris ob ætatis lubricũ ac judicii fragilitatem ſemper lædantur, non niſi tutoris vel curatoris authoritate interveniente obligatur, *l. 5. § 1. de auct. tut. vel cur.* Sunt etiam corpora ſive collegia, qvæ jura minorum habent, *l. 3. C. de jure Reip.* nec eodem modo, ut ſinguli ex contractibus obligantur. *l. 27. ff. de rebus cred.* Hinc probè reſpiciendæ ſunt perſonæ debitorum, ſi debitum aliqvod liqvidum fieri debeat.

§. II. Debitores ſunt vel *verè perſonæ* vel *qvaſi perſonæ* vid. plurimùm Reverendum atqve Excellentiſſimum Dn. Lic. Velthem/ hoſpitem ac præceptorem meum colendiſſimum *in Introduct. ad H. Grot. lib. 1. c. 1. §. 3.* Illæ ſunt vel *majores* vel *minores*. Majores tenentur vel proprio vel alio nomine. Regulariter qvidem ex alienis debitis qvis obligari neqvit, grave enim eſt non ſolum legibus, verùm etiam æqvitati naturali contrarium pro alienis debitis alios moleſtari, *l. un. C. ut nullus ex vic.* Secus tamen ſe habet ſi non originaliter, ſed occaſionaliter alienum debitum qvem juris vinculo adſtringit; Exemplum eſt in fidejusſione, item in ære alieno defuncti relicto, qvod non ita cauſam proximam, qvàm potius occaſionem dixerim, qvod hæres à creditoribus hæreditariis vexetur. Adeundo enim hæreditatem lubens alienam perſonam repræſentativam, & ſic qvoqve aliena debita aſſumſit. *N. 48. c. 1. l. 14. C. de V. R. l. 2. C. de act. hær.*

§. III. Horum occaſione qværitur, *an ſucceſſor feudalis ad ſolutionem æris alieni à vaſallo defuncto contracti poſſit adſtringi?* Diſtingvit Gail. *obſ. 154.* inter Feudum antiqvum ex pacto & providentiâ, (vulgò Stammlehn/) Et

 Feu-

Feudum hæreditarium (Erblehn). Hoc caſu teneri dicit ſucceſſorem, non illo, ex hâc ratione, qvoniam ad feudum antiqvum vocantur proprio & ſangvinis jure, ex pacto legis & providentiâ, non judicio teſtatoris vel vaſalli defuncti beneficio; ſed primi adqvirentis. Nam in ſucceſſione feudi proximitatem non conſideramus reſpectu ejus perſonæ à qvâ feudum vacat, ſed illius à qvâ illud incepit. Bald. *conſ.* 137. *n.* 1, *vol.* 2. Huic ſententiæ accedit Magnificus Dn. Struv. *in Syntagm. J. F. c.* 14. conſtituens tamen differentiam inter agnatos & filios, qvod illi repudiatâ hæreditate feudum poſſint retinere, hi verò neqveant in feudo ſuccedere, niſi hæreditatem qvoqve paternam adierint, & ita onera hæreditaria ſuſceperint. Variant tamen prædicta ſecundum varietatem locorum & ſtatutorum. Sic jure Sax. cum in qvovis feudo agnati vi ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedant, iſto jure hi præter onera feudi alia tenentur debita ſolvere, qvàm pro qvibus feudum ipſis conſentientibus eſt oppignoratum. H. Piſt. *qvæſt.* 14 *n.* 55. Carpz. *p.* 2. *c.* 46. *def.* 3. In Electoratu & Marchionatu Brandenburgenſi aliud obtinere teſtatur Dn. Struv. *in Synt. J. F. c.* 14. Ex privilegiis Pomeraniæ ſeu conſvetudine ſic invaluit, ut debita neceſſaria ex feudis per ſucceſſores feudales ſolvantur. Qvænam autem pro neceſſariis ſint habenda, vid. Mœv. *deciſ.* 46. *p.* 5. *§.* 4. Eodem modo Factores & Inſtitores, qvi mercatorum negotia in tabernis vel alibi tractant, tenentur de debitis, qvæ contraxêrunt, ut ut pro re & in nomen contrahentium, Peck. *de jure ſiſtendi c.* 4. *n.* 12. Eorum enim causâ non ſaltem præponentes; ſed & ipſimet conveniuntur, *l.* 1. *l.* 8. *ff. de inſtit. act.* Cæterum ubi non ab ipſis factoribus; ſed Dominis contractus initus eſt, haud rectè conveniuntur aut arreſtantur. Carpz. *Jpr. p.* 1. *c.* 3. *d.* 11.

§. V. Mulieres qvoqve ex ſuo contractu jam antea concluſo & perfecto tenentur. Alienam verò obligationem intercedendo ſuſcipere neqveunt ob ſexus imbecillitatem, nam ejusmodi officium in qvo periculum rei familiaris verſatur, mulieribus adimendum cenſuit Legiſlator

l. 1.

l. 1. §. 1. *ad SCtum. Vell.* Hinc fit ut mulier correa debendi non teneatur, niſi pro parte dimidia, ut ut alter abſens, inops, aut difficilis conventu ſit, qvia pro alterâ parte ſuſcipit alienum debitum, adeoqve interceſſionis ſpecies eſt. Nam correum debendi intuitu illius pecuniæ, qvæ ad eum non pervenit, eſſe fidejuſſoris loco *arg. l. 17. §. fin. ff. ad SCt. Vell.* communis JCtorum eſt ſententia, vid. Faber in *Cod lib. 8. tit. 26. def. 1. n. fin.*

§. VI. Fallunt hæc in fœminâ mercatrice, cui laxior poteſtas data eſt, cum in aliis tum etiam in fidejubendo Carpz. *p. 2. c. 15. def. 16. arg. l. 4. C. de inſt. & exerc. act.* Reddit rationem Gailius *obſ. 90. p. 2.* qvod alias bonâ fide cum eâ contrahentes deciperentur. Mæv. *deciſ. 453. n. 3.*

§. VII. Ex contractu mutui mulier ſine curatoris conſenſu validè obligatur, imò in omnibus contractibus, qvi non in periculum rei familiaris vel depauperationem mulieris vergunt *l. 21. pr. ff. ad SCt. Vell.* qvod Carpz. *p. 2. c. 15. def. 14.* ſeqventi præjudicio confirmat: So iſt die Schuldnerin vor berührte 2000. fl. ſamt denen auffgelauffenen Landüblichen Zinſen zu bezahlen pflichtig/ und ſie mag ſich der Zahlung/ dahero daß ſie bey Erborgung und Auffnehmung ſolcher 2000. fl. keinen Kriegiſchen Vormunden gehabt/ ſo dabey geweſen und darein gewilliget/ nicht entbrechen. V. R. W.

§. IIX. Hîc non impertinenter qværitur, *An mulier de jure Sax. ſine curatoris authoritate ſuper debito ſoluto efficacem qvietantiam* (vulgò Qvittung) *debitori ſuo facere poſſit?* Licet magni nominis JConſultus D. Carpz. *p. 2. c. 15. def. 14.* negativam tueatur, contrariam tamen ſententiam æqviorem & in puncto juris veriorem dixerim, (1) qvia in mulierum contractu ideò curatoris authoritas reqviritur, ne ex imbecillitate ſexus damnum aliqvod incurrant *l. 1. §. 1. ad SCt. Vell.* Conſt El. 15. *in pr. ibi*: Damit ſie aus Mangel guten Raths und Bedachts nicht übereilet und hintergangen werden möchten. At mulierem dum pecuniam recipit, neutiqvam lædi qvis dubitet? qvod in ſimili ferè negotio decidit

 cidit

cidit JCtus Julianus *in l. 16. pr. ad SCt. Vell.* ibi: neqve enim eam periclitari ne pecuniam perdat, dum iam eam habeat. (2) SCtum ita demum mulieribus ſubvenit, ſi non callidè ſint verſatæ, nam deceptis non decipientibus opitulatur. *l. 2. §. 3. ad SCt. Vell. l. pen. C. ſi min. ſe maj. dix. l. 30. ad SCt. Vell.* At hoc caſu mulier deciperet, ſi contra bonam fidem bis idem exigeret *arg. l. 57. ff. de R. I. & l. qvibis idem. de V. O.* Non itaque favendum eſt mulieribus, ut aliis fiat in iuria. Treutl. *conſ. 80. n. 26.* Facit huc Reſponſum Lipſienſium, qvod ipſe Carpz. contra ſe alio loco allegat *Conſt. 15. d. 13.* ubi: Ob nun wohl bemeldte Wittbe die Zahlung noch einſten von euch fordert / mit Fürgeben / daß ſie bey Annehmung des Geldes keinen Curatorem gehabt / dieweil ſie aber dennoch der Zahlung nicht in Abrede ſeyn kan / das Geld auch ſelbſt zu ſich genommen / die untüchtige Müntze ausgeſchoſſen / und das empfangene Geld zu ihrem Nutzen angewendet und ausgegeben / daher zu ſchlieſſen / daß ſie euch dolosè zu gefähren gemeinet / ſo werdet ihr von ihren Zuſprüchen billig entbunden. V. R. W.

§. IX. Hactenus de Maioribus, nunc de *Minoribus.* Notum eſt, qvod admodum ſit periculoſum cum hisce contrahere, utpote qui vi ac efficaciâ ſe obligandi civiliter deſtituuntur. Nam ſicut ad omnem cauſam efficientem requiritur ratio cauſandi, h. e. aptitudo, quâ aliquid aptum ſit ad hoc ut fiat, vel ſit cauſa efficiens; ita in contractibus aptitudo eſt (1.) libertas moralis, qvâ carent pupilli ſ. minores. (2.) ſcientia, nam quia contractus eſt actus voluntatis liberæ qvà talis, voluntas verò nunquam fertur in incognitum, perpetuæ neceſſitatis eſt, ut cognitio rationis præcedat; Sed hanc in illis admodum imbecillem eſſe nemo ignorat.

§. X. Efficaciter tamen minores obligantur tutoris vel curatoris authoritate interveniente *l. 1. C. qvando ex facto tut.* ita ut in eorum bonis, non tutorum vel curatorum, exeqvutio ſit facienda *arg. l. 13. de admin. tut.* Ubi verò proprio nomine, etſi in rem pupilli, tutores contraxerunt, non

minus

minus ipſi eorumque bona arreſtari poſſunt, qvàm in judi-
ſicio tanqvam de proprio debito conveniri, id qvod in his
caſibus factum cenſetur, ſi pro ſe & hæredibus promittunt
& ſe obligant. Hartm. Piſt. *obſ. 20. n. 1.* Qvod tamen ſic
accipiendum eſt, niſi conſtet de voluntate tutorum, qvod
ſaltem tutorio nomine agere voluerint; etſi enim eas ſæpè
inferant clauſulas, qvæ aliam voluntatem ſignificare viden-
tur, inſpiciendum tamen eſt, qvid initio voluerint, e. g. ubi
formula obligationis continet, qvod tutorio nomine (in
Vormunſchafft) promittat, deinde verò ſubjiciatur obli-
gatio bonorum bey Verpfändung aller meiner Güter / ex
qvo non ſtatim proprio nomine contractum eſſe colligi pot-
eſt. Faber. *in C. tit. 23. defin. 5. lib. 2.* Montan. *in Tr. de tutel. c.
1. eff. 5. pr.*

§. XI. Suprà §. 2. diximus qvaſi perſonam eſſe uni-
verſitatem; à Philoſophis dicitur perſona per aggregatio-
nem; à Tuſch. *concl. 58. n. 69. & ſeqq.* perſona imaginaria
non habens animam nec corpus. Si qvis adverſus eam
experiri velit pecuniam mutuatam in ejus utilitatem verſam
eſſe probare debet *l. 27. ff. de r. c.* Hartm. Piſt. *lib. 1. qvæſt. 37.
n. 5.* Coler. *de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 348.* Secus enim ad-
miniſtratores occaſionem juris facilè ad iniqvum traherent
compendium *arg. l. ult. ff. pro emt. l. pen. ff. de rebus eorum, qvi
ſub.* & prodigi ſæpius mutuum accipiendo ſigillo communi
abuterentur.

§. XII. Fallit qvando Conſules ac Senatores con-
ſentientibus omnibus conſiliariis & tribunis plebis (qvi
vocantur vulgò Güldenmeiſter/ Viertheils ſive Zunfftmei-
ſter / ac de conſvetudine loci unà cum aliis populum repræ-
ſentant) mutuum acceperint; Utroq; enim modo, ſive pecu-
nia verſa fuerit, ſive non, efficaciter obligari civitatem te-
ſtantur Dd. inter qvos Coler. *proc. execut. p. 2. c. 3. n. 349.* Köp-
pen. *q. 60. n. 32.*

§. XIII. Si probari neqveat in utilitatem Reip.
verſam eſſe pecuniam, ſoli adminiſtratores, qvi mutuum ac-
ceperunt, tenentur *d. l. 27.* idcirco ſvadet Carpz. creditori,

 ut

ut actionem ex mutuo adverſus civitatem & adminiſtratores alternativè intendat. *p. 2. c. 6. def. 24.* Qvod ſi illud probetur, tunc civitas efficaciter tenetur, nec ſinguli eorumqve bona obligantur, niſi omnes ac ſinguli nomina ſua inſtrumento inſeri patiantur, tunc enim & in bona ſingulorum fit exeqvutio. Hartm. Piſt. *qvæſt. 37. n. 8. & ſeqq.*

CAPUT IV.

DE

CAUSA MATERIALI OBJECTIVA, ET CAUSA FORMALI.

SUMMARIA.

§. I. *Objectum liqvidi eſt debitum, quod vel ex vero vel qvaſi contractu deſcendit. Inter reales eſt Mutuum. Quod ſi convenit, ut 10. mutuo datis 11. reddantur, an pactum valeat? Ut debitum hoc liqvidum dici poſſit, qvidnam reqviratur?* II. *Commodatum.* III. *Depoſitum. Naſcitur ex eo debitum vel ex parte depoſitaris, vel ex parte deponentis. Q. ſi ciſta depoſita ſit clauſa & poſtmodum reperiatur reſignata?* IV. *Pignus. In terris Saxonicis qvidnam ad pignus reqviratur, ut ſubſiſtat?* V. *Ex conſenſualibus contractibus primus eſt Emtio venditio. Duo venditori ab emtore præſtari oportet; pretium & uſuræ pretii tardius ſoluti.* VI. *Locatio Conductio. Tacita relocatio & reconductio. Q. ſi dubitatur, an colonus vel inqvilinus ſolverit vel non pro annis præteritis, qvid præſumendum?* VII. *Societas. Debitum ex hoc contractu naſcitur pro varietate conventionis.* IIX. *Mandatum; Proponitur caſus.* IX. *Ex Literis eſt Contractus chirographarius. Debitum ex hoc contractu naſcitur civile non naturale.* X. *Hactenus de debito ex Vero contractu reſul-*

ſultante nunc de eo, Qvod venit ex qvaſi contractu. XI. *Poſt rem judicatam liqvida fit res anteà litigioſa, Expenſæ verò debent liqvidari. Ad expenſas referuntur ſalaria advocatorum. Q. Si advocatus victori gratuitam præſtiterit operam; Non debet fieri deſignatio in ſolle, ſed ſpecificè. Debet ejusmodi deſignatio ad monetam uſitatam redigi. Communicanda eſt liqvidatio expenſarum condemnato; Qvidnam circa judicis taxationem uſitatum.* XII. *Cauſa formalis liqvidi eſt certitudo.*

§. I.

OBjectum Liqvidi eſt *Debitum*, qvod *vel* ex Vero *vel* qvaſi contractu deſcendit. Inter reales eſt (I.) MUTUUM, ex qvo orta obligatio tria includit (1.) ut res mutuo data reddatur eodem genere *l. 2. ff de reb. cred.* (2.) ut tantundem, ſeu in eâdem qvantitate *l. 11. §. 1. h. t.* (3.) ſut idem qvalitate *l. 3. eod.* Qvod adeo verum eſt, ut, qvamvis non cautum ſit à creditore, ut æqve bonum ipſi redderetur, non tamen liceat deteriorem rem, qvæ ex eodem genere ſit, reddere, veluti vinum novum pro vetere. *Qv.* ſi convenit, ut 10. mutuo datis 11. reddantur, an pactum valeat? Diſtingvit *D. Hahnius in Obſ. ad Weſ. parat. n. 10. h. t.* inter ſtipulationem & pactum incontinenti adjectum. Illo modo concedit; ſed non hoc, qvoniam, inqvit, pactum adjectum contractui reali ſtricti juris non auget obligationem, ſed minuit. Re enim non poteſt obligatio contrahi, niſi qvatenus datum eſt. Et hæc opinio qvoqve non deſtituitur authoritate legum, *vid. l. 11. §. 1. de rebus cred. l. 17. pr. ff. de pact.* Nec video ex qvo capite id, qvod ſupereſt, peti poſſit? non enim ut uſura, qvæ in contractibus ſtricti juris citra vinculum ſtipulationis peti non poteſt *l. 3. C. de uſuris*, nec tanqvam ex donatione, qvia pugnat contra principia humanarum actionum, cum non agatur hîc de donatione, ſed mutuo celebrando; unde effectus non poteſt oriri contrarius *arg. l. 55. de O. & A.* Qvæ omnia confirmat *à laudato Hahnio allegatum Reſponſum de anno 1622.* den 22. Martii Hat einer den Reichsthaler bey dem jüngſt vergangenen Müntzweſen zu 4

Reichs-

Reichsthaler empfangen/und denſelben für 8 Thaler hin-wieder ausgeben/ und in ſeinen Nutzen verwendet/ ſich auch verpflichtet/ für einen ieden Reichsthaler 4 Thaler an guter Müntze wieder zu geben. Ob nun wohl der contractus mutui nicht weniger denn andere/ ſo engen Rechtens ſeyn/die jenigen pacta, ſo in continenti denſelben hinzugethan werden/ admittiret/und darnach reguliret werden müſſen ; Dieweil iedoch angezogenes pactum in dem eine höchſte Unbilligkeit hinter ſich hat / daß Vermöge deſſelbigen der debitor für einem ieden Reichsthaler 4. gantzer wieder geben ſolte. So iſt derſelbige nicht verpflichtet/mehr Reichsthaler als er empfangen / oder an ſtat derſelbigen mehr guter Müntze als der hinwieder eingeführten Müntz-Ordnung nach ſo viel Reichs-Thaler austragen/ ſeinem Creditori hinwieder zu entrichten ſchuldig. Ut autem debitum ex mutuo liqvidum dici poſſit, reqviritur factam eſſe à creditore traditionem qvantitatis certæ, qvæ ſive vera ſive ficta ſit, nihil intereſt. Hæc fit vel in unâ perſonâ, ut ſi conſentio, ut pecuniam, qvam ex mandato mihi debes, tibi habeas creditam *l. 15. ff. d. R.C.* qvod fit per fictionem qvandam, qvæ brevis manus dicitur. *l. 43. §. 1. ff. de jur. dot.* fingitur enim ea pecunia à te mihi ſoluta & mox à me tibi tradita crediti nomine, &, ut eleganter ait *Ulp. in l. 3. §. 12. de donat. inter v. & ux.* celeritate conjungendarum inter ſe actionum una ſæpè actio occultatur, hoc eſt, ac ſi non præſto eſſet, omittitur ; vel in duabus perſonis, ut, ſi debitor alteri mutui conſtituendi gratiâ ſolvat. *l. 34. pr. verb. item qvod ff. mandat. l. 15. §. 2. ff. de R. C. Hahn. ad Weſ. tit. de rebus cred. n. 12.*

§ II. Eſt COMMODATUM ex qvo (1) Commodatarius obligatur ad rem commodatam in ſpecie reſtituendam, *§. 2. I. q. m. re contrah. obl.* non tamen deteriorem, qvæ propriè non reddita dicitur, *l. 3. ff. commod.* niſi reſtitutio fiat cum eo, qvod intereſt commodanti rem alteratam non fuiſſe, *l. 3. §. 1. commod.* Qvod intelligas de mediocri deterioratione, non enormi, qvæ uſum rei impedire poſſit. *Hahn. ad Weſenb. h. t. n. 10.* (2.) obligatur Commodans, ut commodata-

datarium indemnem præſtet, ſi qvid illi per cauſam rei abſit. E.g. ſi commodato vindemiarum tempore dolio, qvod ruptis circulis vitioſum erat, ego ferreos aut alios ſubſtituerim, & ita rem commodatam fecerim longè meliorem, *l. 18. §. 2. commod.* propter illam erogationem commodatario jus retentionis competit, *l. 59. de furtis. l. 15. §. 2. eod. l. 18. §. 2. commod.* Riemer. *dec. 9. quæſt. 9.* etiamſi reſtitutio rei poſſeſſæ ſit injuncta, unde ſi illa ab actore urgeatur, poterit excipi: Kan zwar nicht in Abrede ſeyn/ daß ihme die Abtretung dieſes Hauſes zuerkant/ Allein es ſolten auch ihme nach Inhalt des Erkentnis die erweißliche Beſſerungen vor allen Dingen erſtattet werden. Weil nun ſelbe zur Gnüge beſcheiniget/ die Befriedigung aber noch nicht erfolget/ ſo iſt Bekl. die Abtretung des Hauſes nicht zuzumuthen/ allermaſſen er denn ihme ſein zuſtehendes jus retentionis wil vorbehalten haben.

§. III. (III) Contractus Realis eſt *Depoſitum*, §. 3. *I. q. m. re contrah. obl.* qvo res qvædam alicui gratis cuſtodienda datur, ut eandem in ſpecie bonâ fide reddat. *l. 1. ff. depoſiti.* Naſcitur illud debitum (1) ex parte depoſitarii, ut rem depoſitam in ſpecie reddat. *l. 2. de reb. cred.* Qvod reguariter fieri debet, qvando ſc. ſpecies depoſita eſt, vel pecunia, ſeu alia qvantitas obſignata, qvæ naturam qvodammodo corporum ſeu ſpecierum per hoc induit. *arg. l. 51. de leg. 1.* Fallit, ſi pecunia vel qvantitas ſimpliciter depoſita cum permiſsâ facultate utendi, qvod depoſitum irregulare vocant, qvia illud vel in mutuum tranſit vel de mutuo participat, & ita mixtum qvid eſt. Fit verò ejusmodi pactum vel ab initio contractus depoſiti, vel ex poſt facto. Priori modo datur pecunia in depoſitum, cum alter eam nec petit nec eâ eget, permittitur tamen depoſitario ſub conditione, ſi velit, uſus pecuniæ. Hoc fit, qvando depoſitarius rogat uſum pecuniæ. Si ciſta depoſita ſit, res in illâ incluſæ etiam depoſito continentur, & ſingula hâc actione peti poſſunt. *l. 1. §. 41. depoſiti*; utut Menoch. *de A. J. Q. lib. 2. caſ. 208. n. 30.* diſſentiat, dum omnes res incluſas ſimul oſtendi debere ſtatuit. Etenim ſi ciſta bene clauſa ſit,

E nec

nec facilè poſſit aperiri, tunc, ſi aperta reddatur omnino dolus depoſitarii præſumitur, qvod vel ciſtam aperuerit, vel ſaltem non cuſtodiverit, adeoq; res in eâ contentæ juramento deponentis probari poſſunt. Jaſ. *in l.. in act. de in lit. jur. n. 41. & ſeqq.* Clar. *l. 5. ſent. §. furtum. n. 27.* (2) Ex parte deponentis naſcitur debitum, ut depoſitario præſtet, qvod ipſi ratione depoſiti abeſt. *l. 5. pr. l. 8. l. 12. l. 23. h. t.* qvod ipſum conſiſtit in impenſis neceſſariis in rem depoſitam factis, qvæ, ſi liqvidantur, pariunt jus retentionis. Alia ſpecies depoſiti eſt, qvando debitor offert creditori ſuo pecuniam, eamqve, creditore accipere recuſante. ad evitandum curſum uſurarum in præſentiâ teſtium conſignatam in locum publicum deponit *l. 9. C. de ſolut. l. 19. C de uſuris.*

§. IV. (IV) Contractus realis eſt *Pignus. §. 4. I. q. m. re contr. obl.* qvi contractus pro diverſitate pactorũ, qvæ ipſi adjici ſolent, varias qvoq; parit obligationes ac debita, qvę vel publicis vel privatis ſcripturis poſſunt liqvida fieri. Qvod modum conſtituendi pignoris vel hypothecæ concernit, tutius eſt in judicio coram judice datam vel coram Notario & teſtibus conſtitutam eſſe hypothecam, ut de eâ ex actis vel inſtrumento publico conſtet. Coler. *p. 1. c. 10. de proc. execut.* Aliud tamen cenſendum eſt, ſi privata Scriptura ſubſcriptione trium teſtium ſit firmata, tunc enim, ſi tempore prior ſit, meritò poſteriori hypothecæ publicæ præferri debet, ob ibi ceſſantem ſuſpicionem fraudis & doli. *l. ſcripturas. C. qvi pot. in pign.* In provinciis Saxonicis in conſtituendis hypothecis conſenſum ſuperioris reqviri teſtatur Colerus *p. 1. c. 10. n. 179. de proc. execut.* ita ut creditor hypothecarius ex conſenſu domini aliis qvibuscunqve hypothecariis, ſeu anterioribus, ſeu poſterioribus, ſeu publico ſeu privato inſtrumento munitis præferatur.

§. V. Ex Contractibus Conſenſualibus (1) eſt *Emtio venditio.* In qvâ duo hæc nobis conſideranda veniunt, qvæ venditori ab emtore præſtari oportet: (1) pretium qvanti res venit (2) uſuræ pretii, tardius ſoluti. *l. 13. §. 20. de act. emt.* Qvod pretium attinet, illud certum eſſe o-

por-

portet, & à contrahentibus expreſſum, hinc emtio vera ſufficienter non probatur, ſi vel in inſtrumento ſcriptum ſit, rem eſſe venditam, pretium autem non expreſſum, vel teſtes illius qvantitatem neſciant, *Pinell. p. 2. c. 1. n. 7. pr. I. de emt. vend.* Qvæ ipſa quoqve cauſa eſt, qvod nec in arbitrium futurum alterius ex contrahentium, ſive emtoris, ſive venditoris *l. 13. l. 17. §. 1. C. de contrah. emt. §. 1. I. locat. cond.* conferri poſſit, niſi hoc reſtringatur ad augmentum pretii; puta, eſt mihi fundus emtus centum & qvanti pluris eum vendidero *l. 7. §. 2. de contrah. emt.* Certitudinem autem illam pretium habet vel per ſe vel per relationem ad aliud. Per ſe, ſi illud à contrahentibus expreſſum & determinatum eſt. Per relationem, ſi vel ad qvantitatem jam antea determinatam referatur, vel in arbitrium alicujus tertii. *l. 37. ff. de contrah. emt.* Si igitur de expreſſo contrahentium conſenſu conſtet, ſtatim naſcitur obligatio tàm ex parte venditoris ad rem tradendam, qvàm emtoris ad pretium, de qvo conventum, ſolvendum *pr. I. de emt. vend.* niſi in ſcriptis contrahentes perfici contractum velint, tunc enim non aliter perfectam eſſe venditionem & emtionem conſtat *pr. I. de emt. vend. l. contrah. C. de fide inſtr.* qvàm ſi inſtrumentum emtionis fuerit vel manu propriâ contrahentium ſcriptum & ſubſcriptum, vel manu tabellionis, ſi ſit publicum. *D. Struv. Synt. ex. 25. θ. 24.* Alterum eſt præſtatio uſurarum pretii tardius ſoluti. Hæc licet propriè in hanc actionem non veniant, qvia non ſunt in obligatione *l. 34. pr. locati cond. l. 121. de V. S.* per moram tamen cauſantur *l. 32. ff. 2. ff. de uſuris. l. 13. C. eod.* Et citra conventionem venditori debentur, licet emtor nullos ex re venditâ fructus perceperit *arg. l. 32. §. 2. de uſuris.* Qvanqvam ancipitem dubitandi curam faciat, & magnam ſpeciem veritatis & æqvitatis præbeat ſententia eorum, qvi in exactione uſurarum ad rationem fructuum attendendum eſſe contendunt, propter inſignes textus aliqvot ab illis in hanc rem allegatos, ut eſt *l. 5. C. de act. emt. l. 13. §. 20. h. t. l. 60. pro ſocio. vid. qvoqve* Manz. *cent. 1. deciſ. Palat. q. 6. n. 7. 8. 9.* Verùm contrarium verius eſt, qvod non

 fructuum

ſructuum perceptio ; ſed mora vera & adæqvata cauſa ſit uſurarum præſtandarum , nam in b. f. judiciis uſuræ debentur ex mora Marcianus *in l. 32. §. 2 ff. de uſur. l. 17. C. locati cond. l. 2. C. depoſiti. l. 5. C. de pact. inter emt. & vend.* Deinde æqvitate naturali admodum ſuffulta eſt hæc opinio, dum contractu ex parte venditoris impleto ex naturâ relatorum emtor qvoqve legem contractus implere tenetur per ſolutionem pretii pro re emtâ & traditâ permiſſi, adeoqve ſi contra bonam fidem tanqvam naturam hujus contractus hoc facere vel in totum vel pro parte neglexerit, ad uſuras ex morâ hâc commiſsâ venditori obligatur *l. 2. C. de uſuris.* Et hæc opinio noſtra eò minus dubii habet in foro Sax. propter *Conſt. Sereniſſ. Elect. p. 2. c. 30. circa finem:* Wann aber einer ein Gut verkaufft &c.

§. VI. (II) Contractus Conſenſualis eſt *Locatio Conductio* , qvæ expreſſum qvoqve reqvirit conſenſum, tum qvia verus contractus eſt , tum qvia ſine conſtitutione certæ mercedis conſiſtere neqvit. *§. 2. I. de locat. cond.* Tempore tamen locationis finito, ſi conductor ſuâ ſponte in re conducta maneat, locatorqve hoc patiatur, tacita inducitur locationis renovatio. Chriſtinæ. *vol. 3. d.* 116. *l. 14. ff. locat. cond. l. 13. §. 1. eod.* & qvaſi in integro ſub eâdem mercede facta cenſetur. *l. 16. C. locati cond.* Diſtingvunt autem *Dd. com.* Franzzk, *h. t. n. 14. usqve ad 17.* Chriſtin. *cit. loc.* Gomez. *reſ. tom. 2. c. 2.* inter domum vel fundum urbanum & ruſticum. Priori modo inducunt tacitam conductionem pro tempore habitationis, & pro ratâ teneri conductorem dicunt, habito reſpectu ad pretium in primo contractu conventum *l. 13. §. 11. ff. loc. cond.* Poſteriori dicunt induci tacitam conductionem pro toto anno. *l. qvi fundum. ff. locati* ; utut in conductione contineantur plures anni. Ratio diverſitatis in principiis juris fundamentum certum habet, qvod, qvia in prædiis ruſticis ſemel in anno percipiuntur fructus, non reſultaret utilitas ex tali reconductione tacitâ, ſi nō intelligeretur facta pro toto anno; At verò in domo vel alio prædio urbano, qvâlibet parte anni

ni & qvotidie percipiuntur fructus uniformiter, & verſatur utilitas habitationis, idcirco pro illo ſolo tempore videtur inducta reconductio. confer Menoch. *lib. 3. præſ. 86. n. 1.* & Gomez. *tom. 2. reſ. c. 2. n. 15. verſ. cujus ratio.* Excipitur, ſi talis domus ſit, ex qvâ non percipiantur fructus uniformiter in qvâlibet parte anni, ut, qvia in loco aliqvo vel ſemel, aut iterum in anno ſint nundinæ ſolennes, ut Lipſiæ, & Francofurti, qvarum induitu prima conductio fuit facta, vel ſemel certo die vel tempore domus conduci ſoleant, ut poſtea non facilè poſſint iterum alii locari, qvod tunc reconductio videatur per totum annū facta. Idem & in locis ubi ſunt Academiæ, obtinere puto. Qvantum verò temporis reqviratur, qvo qvis tacitè reconduxiſſe videatur, id relinqvendū judicis arbitrio puto *arg l. 1. de jure delib.* cum neq; Dd. neqve jura id declarent. Merces, ſicut in emtione veditione, debet eſſe certa ac in pecuniâ numeratâ conſiſtere *§. 1. I. de locat. cond.* Et licet res ſimpliciter locetur nullâ definita mercede, ſi tamen res fuit ſolita locari certo & determinato pretio, conſveta hactenus merces tacitè repetita, & locatio pro illâ conſtituta cenſetur. Gail. *lib. 2. obſ. 23. n.* 28. allegans ad hoc *text. in l. excepto, C. locat.* Hic notandum eſt, quod ſi dubitatur, an colonus vel inqvilinus ſolverit vel non pro annis præteritis, dicendum eſſe, qvod ſi oſtenderit per ſchedulas vel apochas locatorias ſolviſſe tribus annis retrò proximis, præſumi omnibus aliis annis præteritis ſolviſſe, niſi per locatorem contrarium probetur, juxta textum ſingularem *in l. qvicunqve 3. C. de apoch publ. lib.* 10. qvem ſummè notant & commendant ibi *Bart & Dd. comm.* & celebrat etiam illum textum tanqvam ſingularem *Maſcard. de prob. vol. 3. concl.* 320.

§. VII. (III) Contractus Conſenſualis eſt *Societas*, qvæ fit de re & operâ conferendâ, ut lucrum aut damnum inde veniens ſit inter conferentes commune, Hector Felic. *tr. de ſociet. c. 1.* Debitum ex hoc contractu naſcitur pro varietate conventionis. Solemus enim coire ſocietatem aut totorum bonorum, qvam Græci κοινωνίαν appellant, aut unius alicujus negotiationis. *pr. I. de ſociet.* In ſocie-

 tatem

tatem univerſorum bonorum, & illa venire videntur, quæ occaſione ſaltem ſocietatis accidunt, *l.3.§.1.l.52.§.16. pro ſoc. art.5. de ſociet. ſtatut. Lubecenſ.* ibiq; D. Mev. *n.19.& ſeqq.* Weſenb. *conſ.* 138. *per tot.* In ſocietate verò particulari nullum ſocium ex negotio ſocii extra ſocietatem geſto obligari tradunt Marpp. *conſ. 24. n. 156. vol. 1.* Nic. Everh. *conſ 6. n. 32.* Qvod confirmat Hahnius *in obſ. ad Weſ. h. t. allegatis Reſponſo* : Solten ſich in übergebener Rechnung etzliche Poſten/ſo nicht paſſirlich befinden / ſo iſt N. N. dieſelbe zu juſtificiren/ und davon Red und Antwort zu geben/ auch dasjenige / ſo nicht in causâ ſocietatis, ſondern zu ſeiner eignen Nothdurfft als uff Kleidung und zu Ehren uff Hochzeit und Gevätterſchafften von ihme verwendet/ und in die Rechnung gebracht/ für ſich allein zu bezahlen verbunden. In utrâqve ſocietate debitum æſtimandum eſt ſecundùm res & operas in ſocietatem collatas, v. g. ſunt duo ſocii, qvorum alter infert 100. alter 50. & lucrum commune eſt 90, qvod ſubducto calculo ſecundum regulam, qvam vocant, ſocietatis ita dividendum eſſe apparet ut, qvi intulit 100. capiat 60. qvi 50. contulit, accipiat 30. Menoch. 2. *a. q. 50. & ſeqq.* Qvamvis hic contractus ſit conſenſualis, tutius tamen eſt, ſi per Scripturam ineatur , ac articuli ſociales exprimantur. Hodiè ſingnla mercatorum & tribuum collegia ſingulis utuntur ſignis ſeu inſignibus Limn. *lib. 6. Jur. Publ. c. 6. n. 13.* Marqv. *de jure merc. lib. 3. c. 19. n. 75.* qvibus poteſt dignoſci & probari, qvo nomine ſocius contraxerit. Solent enim mercatores, ſigno ex conſenſu ſociorum facto uti, & in libris notare ; ex qvo cognoſci poſſe tradit Petr. de Anchoran. *conſ.* 322. an nomine ſocietatis qvis contraxerit.

§. IIX. (IV) Eſt *Mandatum* , qvod itidem contrahitur nudâ voluntate, de qvâ ſufficit, qvocunqve modo conſtare, ſive teſtato, ſive per epiſtolam, per nuncium, vel alio modo. *l. 1. l. 27. pr. mandati.* Ex hoc contractu obligatur (1) Mandans, ut mandatarium indemnem præſtet ratione impendiorum & ſumtuum bonâ fide in negotium mandatum factorum, *l. 12. §. 7. l. 27. §. 4. l. 56. §. ult. mandati.*

Secus

Secus verò eſt, ſi in gratiam mandatarii tantùm factum ſit, qvod non eſt obligatorium, qvia nemo ex conſilio mandati obligatur. §. 6. *l. de mand.* Fallit autem juxta Statut. Lubec. *tit. de mand. conſ. 10. lib.* 3. verba hæc ſunt: Wil iemand einen Fremden ſein Gut nicht verkauffen / ein ander ſtehet darbey und ſaget / ihr möget ihm wol vertrauen / die Bezahlung wird euch wohl. Wird der Verkäuffer von dem Käuffer nicht bezahlet / ſo muß der jenige bezahlen / welcher den Fremden loben thät / dadurch der Verkäuffer verführet worden. Conf. Mev. *ad h. t.* Qværitur, an mandatarius gnorans mandantem deceſſiſſe, poſſit utili actione hæredes onvenire, ſi mandatum executus ſit? Reſp. Aff. *per* §. o. *l de mand.* Frantzk. *n.* 101. *h. t.* (2) Obligatur Mandaarius (1) in id, qvod intereſt mandatum ſuſceptum non eſe impletum, nec id qvod mandatarius propter mandatum ccepit eſſe reſtitutum. *l.* 8. §. 6. *l.* 27. §. 2. *mand.* Eſto caus: Titius transmiſit Gajo Narvam aliqvot vaſa vini venlenda, hoc primum per literas mandato dato, ut pecunias ro vino vendito receptas tutâ occaſione transmitteret, oſtmodum mutato animo aliis literis injunxit, ut de ipſis olutis nummis certam cannabis partitam, uti loqvuntur, uo nomine pro certo adſignato pretio emeret, primisq; navib9 transmitteret. Gajus inſuper habito poſteriori mandao pecunias, qvas ex vendito vino percepit, Mævio Lubecam ransportandas tradit, qui fide ruptâ cũ pecunia erupit. Qv. ium Gajus mandati teneatur? Videtur negari poſſe, qvoniã s, qvi epiſtolam accepit nec ei contradixit, ex mandato regulariter non obligatur, cum & multa incidere poſſunt impedimenta, ne is epiſtolæ reſpondeat. Bachov. *ad diſp.* 28. Treutl. θ. 6. *lit. F. vol. 1.* Franzk *n. 15. ad tit. mandati.* Verior tamen eſt contraria ſententia; Non enim eſt qvæſtio). l. de mandato ſuſcipiendo ſed ſuſcepto, cujus fines probè ſunt cuſtodiendi, Poſteriores verè miſſas literas mandai qvod attinet, illæ non novum mandatum, ſed qvalitaem ſaltem ac conditionem prioris mandati jamdum ſuſcepti continent, qvam tacendo tacitè acceptavit. Qvod ve-

rò

rò occaſionem habuerit mandatori ſuum diſſenſum explicandi, hîc caret dubio. Per qvem enim potuit pecuniam mittere, per eum qvoqve potuiſſet ſuam contrariam voluntetem exponere.

§. IX. Ultimò accedit Contractus *Chirographarius*, ex qvo oritur obligatio. Eſt verò contractus, qvo quis ſolenni ſcripturâ ſpe futuræ numerationis fatetur ſe mutuum accepiſſe. *vid. t. t. I. de lit. oblig.* Debitum qvod ex eo naſcitur, civile non naturale dicendum. Ut enim qvis ad illud reſtituendum obligetur, quod non accepit, etſi ſpe accipiendi adductus ſe debere literis confeſſus ſis, ab æqvitate quâdam civili eſt, qvæ in boni publici causâ propter judiciorum expediendorum facilitatem conſiſtens conſenſum illum pro puro & vero habet, non verò à vinculo qvodam naturalis æqvitatis, qvam naturalis obligatio ſemper intuetur, & id, quod revera actum geſtumve eſt, præſupponit *l. 9. §. naturalis ff. de ſolut.* Deſerendus igitur hîc eſt Bachovius *vol. 1. Treutl. diſp.* 20 θ. 2. *lit. B.* qvi obligationem potius ex ficto vel præſumto eſſe mutuo, quàm literis exortam eſſe dicit, obligatio enim (1) ex mutuo nulla eſt, ubi res non intervenit, mutuum enim traditione contrahitur *l. 1. de O. & A. l. 1. de rer. perm.* (2) etſi non ideo verè conſenſiſſe dici poſſit, qvi nudâ ſpe ſe accepiſſe pecuniam, quam non accepit, confeſſus eſt; nihilominus tamen qvatenus de conſenſu ex literis apparet accedente negligentiâ ſcribentis, & intra tempus præſtitutum qverelam non intentantis, juxta *l. 14. §. fin. C. de non num. pec.* nec cautionem, qvod potuit, condicentis *l. 3. C. de cond. indeb.* authoritate juris ille ipſe conſenſus verus fuiſſe, *arg. l. 155. de R. I. l.* 28. *de V. S.* exiſtimatur. Diſtingvendum verò, utrum intra biennium creditor fundamentum ſuæ intentionis in literis collocare velit, an poſt biennium. Priori modo oppoſitâ exceptione non numeratæ pecuniæ creditori onus probandi incumbit, &, ſi ſummariè vel executivè agatur, vel inſtrumentis liquidis vel ipſius partis confeſſione debet probari, juramento verò vel teſtibus non niſi ordinariè agatur. Poſterio-

riori modo debitori exceptio ſua eſt probanda. vid. *t.t. de lit. obl.* Propter temporis anguſtiam brevitatis ſtudio remitto B. L. de debito liquidando ex *contractu verbali* ad D. Præſidis *Juriſprudent. Elementar. Diſp.* 38. *de Verb. Obl.* qvam publicè defendendam nuper ſuſcepi.

§. X. Hactenus de debito *ex vero contractu* reſultante; nunc de eo qvod venit *ex quaſi contractu*. Quaſi contractus eſt conventio quæ ſine ullo expreſſo conſenſu oritur ex facto qvod ex lege inducitur, adeoqve parit obligationem ex parte alterius cum qvo qvaſi contractum, ut in tutelâ, hæreditatis aditione, ſolutione indebiti, *vid. t. t. I. de obl. quæ ex qs. contr.* In judicio hoc peculiare eſt, qvod uterqve litigantium ſeſe tacitè obliget, lite verô finitâ unus ſaltem vinculo juris ad judicatum ſolvendum adſtrictus ſit. Duplex verò in judicio contractus eſt, inſtantiæ, qvi fit per litis conteſtationem & debiti, per ſententiam. De poſteriori jam acturus ſum. Debitum concernit id qvod in judicium deductum eſt, deinde qvoqve illius acceſſorium, reſuſionem nimirum expenſarum ad qvam regulariter victus victori tenetur.

§. XI. Poſt rem judicatam liqvida fit res anteà litigioſa, *de qvo antea caput, in de cauſ. efficiente,* expenſæ verò cum adhuc altioris ſint indaginis, primo debênt liqvidari, qvæ deinde à judice moderatæ liqvidæ dici qveunt. Intelliguntur autem omnes Expenſæ, qvæ ab adversâ parte ſunt cauſatæ, qvò referas etiam *Salaria* advocatorum, qvod tamen non ita accipiendum, ſi victor ipſemet fuerit advocatus in causâ propriâ, tunc enim aliqvid nomine ſalarii ab adversâ parte exigere neqvit Gail. 1. *obſ.* 151. *n.* 16. *Berlich. p.* 1. *concl.* 72. *n.* 51. niſi hujus patrocinii in propriâ causâ inſumtus labor impedimento fuiſſet, qvò minus clientum cauſis advocando præ eſſe potuerit, tunc utiqve ei per modum damni & intereſſe id petere conceſſum eſt. Gail. *de obſ.* Lancellot. *de attentatis. p.* 3. *c.* 31. *n.* 164. Mund. à Rodach. *Tr. de Diffamat. c.* 5. § 5. *n.* 61. Unde Scabini Lipſienſis in causâ Hanſen Vogtens zu Freiberg 1632, ita pronuntiarunt:

Habet ihr wider Peter Seldnern daſelbſt wegen 100. fl. geliehenes Geldes Klage erhoben/ worauf Bekl. zu Abtragung ſolcher Schuld ſo wohl auch zu Erſtattung der aufgewanten expenſen durch Urthel und Recht vertheilet worden; Ob ihr nun wohl die aufgewanten Unkoſten liqvidiret und unter andern auch die Advocaten-Gebühr angegeben/ ſo mag euch doch ſolche Gebühr geſtalten Sachen nach weil ihr in eurer eigenen Sache ſelbſt advocatus geweſen/ und keinen andern hierzu gebraucht nicht paſſiret werden. Es wäre dann daß ihr immittelſt andern zu patrociniren/ und etwas zu verdienen durch eure eigne Sache verhindert worden/ auf dem Fall wäret ihr ſolchen Schaden zu liqvidiren/und ein gewiſſes dafür zu fodern wohl befugt. Qværitur qvid juris ſi advocatus victori gratuitam præſtiterit operam? Diſtinguunt Dd. an advocatus id fecerit intuitu beneficii accepti, an animo donandi. Priori caſu dicunt victorem expenſas repetere poſſe, poſteriori ſecus cum nullas fecerit. Mynſing. 1. *obſ.* 2. Bocer. *d.* 6. *diſp.* 30. *th.* 8. *per l.* 7. §. *ult. l.* 12. *pr. ff. mandati.* Diſſentit Frantzk. *in Tr. de laudem. c.* 16. *num.* 221. Has expenſas victori adjudicatas per ſpecificam deſignationem exhiberi neceſſum eſt, ex qva conſtare poſſit victorem non petere qvicqvam qvod verè non erogaverit. Henr. Temmen *de expenſ. litium c.* 10. *n.* 8. Et ſvadent Dd. uti ſæpius ab Excellentiſſimo Juris-Conſulto D. Rothio in collegio practico ſum informatus, ut ſtatim ipſi libello annectatur, ſpecifica deſignatio expenſarum, quo tempore, vel loco, in qvem uſum, & qvantum vicibus ſingulis fuerit expenſum, quò judex ipſas ſtatim poſſit moderare & huic vel illi parti adjudicare Mevius *p.* 8. *dec.* 280. Debet ejusmodi deſignatio ad monetam uſitatam redigi velut in Camerâ ad monetam Imperialem puta florenos & crucigeros ibi uſitatos, idqve *per communia Cameræ decreta de anno* 1585. *d.* 23. *Auguſti.* ibi: und dieſelbe auf keine andere Müntze dann Rheiniſche Gülden und Creutzer richten ſollen. Et de anno 1593. d. 13. Decembris §. 24. ibi: In allen liqvidationibus ut deſignationibus Geld betreffend der Anſchlag jederzeit auf

Reichs-

Reichs-Müntze gerichtet. Anteqvam verò à judice moderantur expenſæ, earum liqvidatio condemnato communicari debet, qvo facto ſi reus reſpondere noli:, reſponſio ſub pœnâ liqvidi injungitur, modo præceſſerit contumaciæ accuſatio: Kläger hat Beklagten nach Inhalt des vorigen Urthels Abſchrifft von denen liqvidationen zugeſchickt/ worauf er ſich denn verſehen/ es würde auch derſelbe ſeines Orts dem judicato Folge geleiſtet/ und auf die liqvidationes ſich eingelaſſen haben; weil aber ſolches nicht geſchehen/ ſo beſchuldigt er deſſelben Ungehorſam/ und bittet zu erkennen/ daß Bekl. ſub pœnâ liquidi & confeſſi auf die übergebene liqvidationes ſich einzulaſſen ſchuldig. Olim ante judicis taxationem jurabat victor ſe tantum expendiſſe *l. 15. C. de judic.* Sed ut via perjuriis præcluderetur, aliud conſtitutum eſt *per Auth. poſt jusjurandum C. de judic. Nov. 82. c. 10. vid. Ordin. Cam. renov. part.* 1. *tit. 88.* wie die procuratores und principalen ſchweren ſollen/ ſo ſie taxirte Koſten ꝛc.

§. XII. *Cauſa Formalis* Liqvidi conſiſtit in *Certitudine.* Certum eſt qvod ex ſuâ naturâ & pronunciatione hominis apparet, qvid, qvale, qvantumve ſit. *l. 74. & l. ſeqq. de V. O. l. 6. de R. C.* De hoc vid. egregiè diſſerentem magni nominis Juris-Conſultum Dn. Frantzk. *tit. de rebus cred. n. 27. usqve ad 29.*

CAPUT V.

DE

EFFECTIBUS LIQVIDI.

SUMMARIA.

§ I. Primus effectus liqvidi ex parte creditoris eſt actio ſummariſſima qvæ paratam ſecum trahit exeqvutionem. II. Qvæ reſtringuntur ſi præceſſerit ordinarius libellus ac litis conteſtatio.

III. *Exeqvutio non ſolum contra debitorem, ſed etiam contra debitorem debitoris tendit.* IV. *Exeqvutio fit ſecundùm conſvetu lines loci in qvo fit, non verò in qvo fuit lata ſententia, vel inſtrumentum ſcriptum.* V. *Qvales ſolennitates adhibeantur in Electoratu Saxoniæ circa exeqvutionem.* VI. *Qvid fiat poſt immiſſionem ſi victus nondum paruerit.* VII. *Secundus effectus ex parte debitoris eſt Exceptio.* VIII. *Inter Exceptiones (1.) eſt ſolutionis.* IX. (2.) *Compenſationis.* X. *Tertius effectus eſt jus retentionis, qvod competit* (1.) *ratione pignoris.* XI. (2.) *Conceditur ex cauſâ impenſarum aliorumve debitorum pro utilitate rei contractorum.* XII. *Qvartus effectus ſunt Repreſſaliæ,*

§. I.

PRimus *effectus* eſt Actio, qvæ absqve longo litis ſufflamine exeqvutivè ac ſummariiſſimè intentari poteſt. Et cum ſolennium juris poſitivi ſit neſcia, nec libelli oblationem, nec litis conteſtationem ſolennem reqvirit, in cujus vicem ſuccedit recognitio inſtrumenti qvarentigiati. Carpz. *p.* 1. *c.* 17. *d.* 10. *n.* 5. *lib.* 4. *t.* 1. *Reſp.* 9. *n.* 8. Marant. *Spec. part.* 6. *diſtinct.* 23. *p.* 336. qvæ paratam ſecum trahit exeqvutionem adeo ut quibusdam in locis nec appellare liceat contra inſtrumentum liqvidum teſtante Marqvard. *de jure merc.* de Holſatiâ, ut & Limnæo *lib.* 5. *J. P. c.* 9. *num.* 2. de Francofurti ad Mænum, Herbipolis & Hamburgi jure. Qvæ omnia confirmat Noviſſ. Imp. R. de anno 1654. Als auch bey den Handelſtädten.

§. II. Prædicta tamen reſtringuntur, ſi præceſſerit ordinarius libellus ac litis conteſtatio, qvod tunc productio inſtrumenti vel confeſſio id efficere neqveat, ſed reqviratur ſolennitas proceſſus & ſententia Marant. *Spec. d. l.*

§. III. Tendit vero exeqvutio non ſolùm contra ipſum debitorem ſed etiam contra debitorem debitoris. Qvod debitorem debitoris attinet diſtingvi debet: Aut meus debitor non eſt ſolvendo, & tunc debitorem debitoris mei poſſum aggredi, *l.* 4. *C. qvando fiſc. vel priv.* qvi licet arreſtari aut detineri neqveat, id tamen qvod ſuo creditori

tori debet rectè poteſt arreſtari usqve ad qvantitatem debiti concurrentem. Rebuff. *ad Conſt. Reg. tom. 1. tit. de lit. obl. art. 2. gl. 2. n. 22.* Qvo facto principali debitori dies dici ſolet, ut compareat, & ſe defendat. Si vel non comparet, vel juſtam cauſam non allegat, cur arreſtum ſuſtineri non debeat, ita fieri ſolet pronunciatio: Es wird hiermit Arreſtante an die bey N. N. ſtehende Gelder/ ſeine Bezahlung beſter maſſen daraus einzufordern verwieſen/ und ſind demſelben arreſtanten/ und ohne deſſen Bewilligung keinem andern die Gelder zu zahlen; modò ille debitor fateatur ſe debere, nam aliàs ſine proceſſu ordinario non condemnaretur novus debitor. Colerus *de Proc. exeqv. part. 2. c. 3. num. 464.* Berlich. *p. 1. concl. 80. n. 37.* Brunnem. *ad C. l. 2. qvando fiſcus vel deb.* (2.) Aut debitor nomen ſui debitoris pignori obligavit, & tunc debitorem debitoris utili actione perſonali ad ſolutionem compelli poſſe patet ex *l. 4. C. qvæ res pign.* ut ut Alphonſus de Oleâ *in Tr. de ceſſione jur. & act.* fuſius contrarium defendat *tit. 4. qvæſt. 4. n. 27. 28. & ſeqq.* qvi non immeritò hîc deſerendus. Deinde qvoqve facit huc *l. 7. C. de her. vel act. vend.* ubi eadem actio creditori conceditur adverſus debitorem nominis ſibi pignorati, qvæ competeret nominis emtori, at emtor nominis utilem perſonalem actionem habet. confer. qvoqve Brunnem. *ad l. 4. C. quæ res pign.* (3.) Aut creditor ipſe nomina & actiones præter qvas nihil apud debitorem reperit, capit; & tunc eodem modo proceditur. Notandum tamen, qvod extantibus mobilibus ad exeqvutionem nominum & actionum deveniri haud debeat. Berlich. *concl. 81. n. 131.* Carpz *p. 1. c. 34. d. 12. n. 1.* niſi debitor ipſemet offerat nomina, & in eâ exeqvutionem fieri velit, qvi omnino audiendus eſt, modo primò nomina ſint certa & liqvida, ac facilè ſine expenſis & judiciali ſtrepitu exigi poſſint (wenn die Schulden richtig und ohne ſondere Mühe/ Koſten und Hülfszwang leichtlichen einzubringen/) qvod in tantum verum, ut nec à pupillo vel minore creditor invitus nomen ſeu obligationem Principis ſive Cameralem (eine Cammer-Verſchreibung) in ſolutum accipere ſit cogendus,

 &

& ita tam à Senatu Aul. Elect. Sax. qvàm Supremo Appell. judicio anno 1626. & 1631. deciſum eſſe teſtatur Nicolai *de Proc.* Carpz. *l. 5. Reſp tit. 9. reſp. 107.*

§. IV. Exeqvutio qvando fit alicujus ſententiæ vel inſtrumenti, debent ſervari ſtatuta & conſvetudines loci, in qvo fit exeqvutio, non autem in qvo fuit lata ſententia vel inſtrumentum factum. Bald *in l 1. queſt. 4. C. ne fil. pro* Bald. *in l. 1. in fin. C. de confeſſ.* Jaſ. *in l. cum quadam puellâ ff de jurisd.*

§. V. In Electoratu Sax. fieri ſolet in ædes debitoris per ſciſſuram fruſtuli ligni è januâ, (mit Aushauung eines Spans aus der Thüre) in agrum (mit Aushauung eines Erdkloſſes/) in vineas autem durch Aushebung eines Weinrebens. Tales enim ceremoniæ adhibentur, ut exeqvutio realiter (wircklichen/) facta dicatur, cujus deinde maximus eſt effectus tam ratione juris realis & pignoris judicialis, qvod creditor exinde nanciſcitur, qvàm intuitu prioritatis in concurſu. vid. Churfürſtl. Sächſ. P. O. Coler. *de Proc. exeqv. p. 3. c. 8. n. 22.* Berl. *p. 1. concl. 68.*

§. VI. Si immiſſio facta pignoraqve capta ſint, & victus nondum paruerit rei judicatæ, poſt duos menſes à tempore capti pignoris diſtractio illius fieri ſolet. Juſſu enim magiſtratus publicè ſub haſtâ venditio fieri *l. 16. ff. de rebus auth. jud. poſſ.* & plus licitanti adjudicari poteſt, ut ex pretio victori ſatisfiat, ſin autem res emtorem non invenerit, victori pro ratâ debiti ſolet adjudicari. Berlich *p. 1. concl. 81.*

§. VII. Secundus effectus eſt *Exceptio*, qvam debitor in continenti liqvidabilem poteſt opponere ad ſuſpendendam exeqvutionem. Aliàs enim nulla altiorem indaginem reqvirens exceptio contra inſtrumenta liqvida attenditur, cujus textus expreſſus in Ord. Prov. de anno 1555. tit: von verſetzten Brief und Siegel. it. de anno 1609. So wollen wir nochmahls des Inhalts der Landes-Ordnung wider klare Brief und Siegel keine exceptiones und diſputationes, ſo nicht in continenti durch unleugbare Uhrkunde oder ſonſten ex actis oder confeſſione partis erweißlichen ſeyn/ zugelaſſen/ſondern der debitor damit in die reconvention gewieſen

ſen

ſen werden ſoll; Es hätte dann die vorgeſchützte exception gleichfals ex natura contractus ihren Uhrſprung und wäre ex ipſius inſtrumenti inſpectione alſobald zu verificiren. (Qvod poſtea in reſolutione Gravaminum de anno 1653. & 1657. adeo reſtrictum eſt, ut, niſi reus exceptiones intra tres ſeptimanas à tempore inſinuatæ citationis in ſcriptis offerat, excludatur, & in termino exeqvutionis nulla alia etiamſi ex naturâ contractus veniat, vel ex inſpectione inſtrumenti verificetur, qvàm ſolutionis & compenſationis aſſumatur. in dict. Reſ. §. Hätte aber zum dritten der debitor wider die geklagte Schuld exceptiones vorzuſchützen/ ſoll er dieſelben binnen 3. Wochen von Zeit beſchehener inſinuation abermal anzurechnen/ in Schriften übergeben/ auch ſo denn zugleich Abſchriften der Uhrkunden/ womit er etwann dieſelben zu beweiſen vermeinet/ mit beylegen/ und hierauf bey den allbereit angeſetzten termin durch die originalia beſtercken/ hernach aber/ wenn er beſagte Friſt nicht in acht genommen/ noch aus erheblichen Urſachen dilation erlangt hätte/ bey der Exeqvation (auſſer der exception ſolutionis oder compenſationis intra terminum exeqvutionis liqvidæ) keine andere exception, ſie möge gleich ex natura contractus ihren Uhrſprung haben/ oder ex inſpectione ipſius inſtrumenti zu verificiren ſeyn/ ferner zugelaſſen/ ſondern der Schuldner damit in die reconvention gewieſen werden.

§. IIX. Inter potiores eſt (1.) Exceptio *ſolutionis* qvæ eſt præſtatio realis pecuniæ ejus qvæ debetur. Carpz. *proc. judic. t. 22. a. 3. n. 9. 10 11. 12. in Ordin. Proc. judic. Sax. tit. 39.* §. Wann aber das Urtel ꝛc. verb: die Hülffe ſo dann würcklichen vollſtrecket und keine andere exceptio als ſolutionis oder compenſationis intra terminum exceptionis liqvidæ dawider zugelaſſen werden.

§. IX. (2) Exceptio *Compenſationis*, qvæ eſt ſolutionis vice. Mev. *p. 2. Deciſ. 32. n. 8.*; hinc compenſatio non impugnat ſententiam, ſed eam potius confirmat per *l. ſi debitor ff. qui pot. in pign.* Gail. *lib. 2. obſ. 17. n. 10* Hillig. *in Donell. lib. 22. c. 8, lit. L.* Carpz. *p. 1. c. 8. d. 6, & p. 1. c. 31. d. 19.* Limi-

ratur tamen (1.) qvod compenſatio ſpeciei cum pecunia fieri non poſſit *l. ult. C. commod. l.* 11. *C. depoſiti.* Mev. *p.* 2. *deciſ.* 332. *n.* 2. Non obſtante *l. ult. C. de compenſ.* qvod enim dicitur in actionibus realibus illi locum eſſe id communiter reſtringunt ad eum caſum, qvo res petita periit culpâ poſſeſſoris. Compenſabit igitur reus actione reali conventus pecuniam ſibi ab actore debitam ſi ſpecies petita extare deſinat, qvando ſc. culpâ aut dolo poſſeſſoris periit. *l.* 68. *de R. V.* qvo caſu cum petitur æſtimatio, non petitur qvod noſtrum eſt; ſed qvod nobis debetur. Zang. *de except. p.* 3. *c.* 8. *n.* 114. Arum. *Ex.* 12. *q.* 13. Limitatur (2.) qvod hujusmodi exceptio compenſationis non poſſit opponi contra inſtrumentum depoſiti. *l. ult. C. de compenſ.* Nic. Calvol. *Prax. lib.* 12. *c.* 1. *n.* 58. Brunn. *ad d. l. C. de compenſ.* qvi omnia eleganter hîc petractavit. (3.) Qvi violenter poſſeſſione dejectus, iſti nulla compenſatio opponi poteſt, ſed debet ante omnia reſtitui. *l.* 7. *de vi publicâ.* (4.) *In l.* 3. *C. de Compenſ.* octo ſunt exceptiones quibus adverſus fiſcum & civitatem debitores compenſare neqveunt. confer hûc Hahn. *obſ. ad Weſenb. h. t. n.* 10. (5.) Ejus qvod non ei debetur, qvi convenitur, ſed alii, compenſatio fieri non poteſt. *l.* 9. *C. h. l.* 19. *ſ.* 1. *l. pen. ff. eod.* Exceptio eſt (1.) in fidejuſſore qvi à creditore conventus ex causâ fidejuſſionis compenſare poteſt id qvod viciſſim debet creditor debitori principali. *l.* 4. *l.* 5 *h. t. arg. l.* 7. 19. *d. except.* Qr. ſi creditor fidejuſſori & non principali reo debeat an fidejuſſor tunc compenſare qveat? Neg. Hahn. *d. l.* Verior tamen videtur Aff. (2.) Excipiuntur filiif. qvi compenſare poſſunt, qvod à creditoribus patri debetur ſi caveant de rato *l.* 9. *de comp.* (3.) correi debendi, ſi ſint ſocii *l.* 10. *de duobus reis.* idemqve in conjugibus, ubi ex ſtatuto vel moribus ſocii omnium bonorum. *arg. d. l.* 10.

§. X. Tertius Effectus eſt *Jus retentionis* qvod competit (1.) ratione pignoris vel expreſſi vel taciti. Ratione hujus mulieri in omnibus bonis mariti tàm mobilibus qvàm immobilibus *arg. l.* 6. *C. de diſtract. pign.* ad dotem illatam repetendam competit, etiam marito adhuc vivente, ſi

ad

ad inopiam vergat *l. 29. C. de jure dot.* (2.) Locatori prædii urbani in invectis & illatis pro penſione debitâ *l. 11. §. 5. ff. de pign. act. l. 5. pr. l. 2. l. 6. l. 7. l. 9. ff. in q. c. pignus.* (3.) Retinetur redemtus ab hoſtibus à redimente pro pretio redemtionis, *l. 2. C. de poſtl. rev. l. 43. §. ult. ff. de leg. 1.* donec id reſtituat aut ſi pecuniam non habeat, vicem beneficii referat vel laboris obſequio, vel opere quinquennii *l. 20. C. de poſtl. rev.* Cuivis deniqve competit qvi tacitam hypothecam in alienâ re conſtitutam jure prætendere poteſt. Qr. *An res debitoris pignori non obligata, cujus poſſesſionem aliquâ ex causâ nactus eſt creditor, retineri posſit?* Affirmativæ communiter ſubſcripſerunt Pragmatici, qvos errare rectè notat Ant. Faber in *C. l. 8. tit. 15. def. 5. n. 1.* Non magis enim is, qvi de pignore nullo modo convenit poteſt retinere rem debitoris pro pignore quàm agendo eam perſeqvi *arg. l 3. ff. quæ res pign.* Et eſt pro hâc ſent. textus ſatis apertus *in l. 5. C. in quibus cauſ. pignus l. ult. C. commod.*

§. XI. Conceditur (1.) *Jus retentionis* ex causâ impenſarum, aliorumve debitorum pro utilitate rei contractorum, quorum nomine veniunt omnia melioramenta expenſæ, operæ, & ſumtus in rem facti, poſſeſſori rei ſingularis, licet m. f. ſit, in re alienâ ad recipiendas impenſas neceſſarias *l. 5. C. de R. V.* Bonæ fidei poſſeſſori datur etiam ad utiles impenſas repetendas certis tamen ſub conditionibus quas vide *in l 38. de R. V. l. 29 eod.* confer. Bachov. *ad Tr. vol. 2. diſp. 10. th. 6.* Hæredibus vaſalli allodialibus Germ. Landerben/contra Dominum aut hæredes feudales Germ. Lehnerben in feudo ad repetenda melioramenta & ſumtus in feudum impenſos. *2. F. 28. §. ſi vaſallus.* Qr. hîc *An advocatus acta aliaqve documenta clientis eousqve apud ſe retinere posſit, donec ipſi de honorario ſatisfiat?* Reſp. Aff. Si enim ſartoribus & ſutoribus pro mercede jus retentionis competit, donec ipſis ſatis-

& labor operantis juſtam retinendi cauſam tribuit. Coler. *de proc. exequ. p.* I. *c.* 2. *n.* 247. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 12. *n.* 5.

§. 12. Qvartus effectus ſunt *Repreſſaliæ* de quibus vide integram diſſert. Magnifici D. Ziegleri, ad quam propter temporis penuriam benevolum lectorem remiſſum volo.

CAPUT VI & ULTIMUM.

DE

CONTRARIIS LI-QVIDI.

SUMMARIA.

§. I. *Illiqvidum fit* (1.) *Ratione inſtrumenti.* II. (2.) *Ratione confeſſionis.* III. (3.) *Ratione ſententiæ.* IV. *Effectus illiqvidi à parte actoris eſt remora exeqvutionis.* *Qr. ſi omiſſâ liqvidatione debiti arreſtum impetrans deinde debitum probare velit an audiendus non ſit; ſed arreſtum relaxandum?* V. (2.) *Effectus eſt à parte rei, quod exceptiones requirentes altiorem indaginem non impediant exeqvutionem, & referendæ ſint ad ordinarium judicium.* *Qr. an exceptiones altioris indaginis tales eſſe deſinant ſi contrarium per teſtes probari poſſit?* VI. *Neqve exceptiones illiqvidæ per de & relationem juramenti in proceſſu exeqvutivo poſſunt verificari.*

§. I.

LIqvido opponitur *illiqvidum, obſcurum*, ac *qvod altioris eſt indaginis.* Fit autem illiquidum (1.) ratione *inſtrumenti*, qvod vel extat vel non extat; illo modo fit *Vel ratione formalium*, ſi inſtrumentum eſt cancellatum, abolitum ac in parte ſubſtantiali ſuſpectum, Maſcard. *concl.* 256. *n.* 4. *vol.* I. Farin. *quæſt.* 153. *n.* 77. Bartol. *in l. ult. C. de edict. Divi Adr. toll.* item ſi in loco ſuſpecto doloſè adhibita raſura, qvæ absque dubio falſi ſuppeditat præſumtionem. *cap. cum venerabilis.* 7. *de relig. domibus.* Menoch. *præſ.* 99. *n.* 3. *lib.* I. *& præſ.* 20. *lib.* 5. *Vel ratione materialium* quando (1.) de certâ quanti-

tita-

titate non conſtat, qvod fit vel ob generalitatem loqvutionis v. g. debeo tibi pecuniam ex mutuo, ex mandato, nec determinatur quantitas, vel ob magnum errorem calculi deprehenſum, ob qvem debitum licet confeſſatum pro illiqvido habetur, qvod latè deducit Köppen. *dec.* 1. *Enucl.* 10. vel ob allegationem contrariorum, ſi diverſæ & contrariæ ſcripturæ, qvæ fidem ſibi mutuo derogant, producantur, *l.* 1. *C. de furtis l.* 9. *C. de lib. cauſ.* niſi utaris inſtrumento adverſarii in uno tantum capitulo, additâ proteſtatione, te velle eo uti in paſſibus utilibus. Menoch. *lib.* 2. *præſ.* 45. Carpz. *p.* 1. *c.* 17. *def.* 7. *l.* 14. *C. de fide inſtr.* (2.) qvando producens non eſt nominatus in inſtrumento; idcirco inſtrumentum obligationis exhibitum perſonam actoris ſeu petentis minimè legitimat Rebuff. *ad ordin. Reg. Gall. tom.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 181. imò licet traditio à creditore facta demonſtretur, haud tamen titulus alicujus ceſſionis imo nec ceſſio præſumitur, niſi juxtà ejus liqvidò fiat fides. Secus eſt, ſi inſtrumentum exigendi licentiam confert non ſolùm creditori vel hæredi ejus; ſed cuivis etiam b. f. poſſeſſori, prout in obligationibus mutui ea clauſula frequentiſſima eſt: Ich gerede und verſpreche meinem Gläubiger/ ſeinen Erben/ oder ſonſt Brieffsinhabern die Zahlung zu thun. Qr. *an debitor ceſſus, qvi ſolvit ceſſionario virtute ceſſionis illiqvidæ, liberetur à cedente?* Reſp. Neg. vid. Alphonſum de Oleâ *Tr. de ceſſ. jur. & act. tit.* 5. *quæſt.* 110. Vel ſi non amplius exſtat inſtrumentum & amiſſum eſt, tunc non ſufficit probare, amiſſum eſſe inſtrumentum, ſed inſuper reqviritur probatio, qvod hic tenor fuerit inſtrumenti. *l.* 13. *C. de fide inſtr.* & ad eam Brunn. Hahn. *ad Weſ. de fide inſtr.* Berlich. *p.* 1. *concl.* 84. *n* 10. Carpz. *in Reſp. Elect. lib.* 2. *t.* 1. *reſp* 3. Addi qvoqve meretur Mevius *p.* 2. *dec.* 284. *p.* 3. *dec.* 155. num amiſſio inſtrumenti bonitati cauſæ præjudicet?

§. II. (2.) Ratione *Confeſſionis*, ſi ea fit vel à pupillo,

§. III. (3.) Ratione *Sententiæ*, qvâ ſine certâ qvantitate qvid reſtitui jubetur. *l. pen. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* vel ſi qvid reſtitui jubetur, quodnam autem illud ſit, non exprimitur,, v. g. bona quæ accepiſti ſolve vel reſtitue *l. ult. d. t. §. 32. I. de act.* niſi qvantitas intelligi poſſit ex actis *d l. pen. l. 5. §. ult. l. 59. de re jud.* qvod tunc contingit ſi ſententia ſe referat ad certam partem actorum, ſ. ea probationem ſive adſertionem tantùm contineat v. g. die libellirte Schuldt/ Jaſ. *ad l. 5. §. 1. ff. de jud.* Bach. *ad Tr. vol. 2. th. 3. lit. a. h t.* Qvid ſi ſuper intereſſe ſententia ſit ferenda? Diſtingvit Imperator inter caſus certos & incertos; Caſus certi ſunt, in qvibus de certâ qvantitate agitur vel certâ naturâ, ideſt ſpecie v. g. hic ſervus, hic ager, atque hinc æſtimatio ejus quod intereſt facienda eſt ita, ut non excedat duplum qvantitatis vel duplum pretii rei v. g. res mihi vendita eſt à te 10. floren. quæ hodie digna eſt 25. fl. numeravi jamdudum pretium, ſed rem nondum accepi, jam ergo ago ad intereſſe; hoc intereſſe ita moderandũ eſt, ut mihi reſtituere pretium cogaris & præterea alterum tantum i. e. adhuc alios 10. florenos. Incertum verò & infinitum certâ regulâ comprehendi neqvit v. g. cum agitur de facto aut de poſſeſſione, quæ certò æſtimari neqvit, aut ex delicto, aut contractu, qui potiſſimum in faciendo conſiſtit, ut ſocietatis, mandati, tutelæ, negotiorum geſt. vid. D. Præſes *in comment. ad tit. ff. d. R. J. l. 24.*

§. IV. *Effectus* illiqvidi (1.) à parte Actoris eſt ſuſpenſio exeqvutionis, & qvamdiu de qvantitate certâ non apparet, tunc exeqvutioni ſemper opponi poteſt, debitum eſſe illiqvidum, & talis exceptio remoratur paratam exeqvutionem. Coler. *proc. exeqv. p. 3. c. 1. n. 4.* idcirco judex ſuper debito nondum liqvidato decretum exeqvutivum decernere neqvit. *l. fin. C. de compenſ. & Auth. quæ jurat. C. de bon. auth. jud. poſſ.* Huic accedit D. Philipp. *in Tr. de ſubhaſt. c. 3. com. 6.* & Magnificus Dn. D. Lynckerus Præceptor meus ætatem ſummè devenerandus *in eleg. Tr. de grav. extrajud. p. 2. c. 3. §. 36. pag. m. 137.* qvi ſic diſſerit: *ſi decreto clauſula inſerta non reperiatur, etſi tunc conſtet de debito, ſed non quantum debea-*

debeatur, tamen male creditori hypothecæ ſit adjudicatio, nec juvat decretum, ſi ei adjunctum fuerit liqvidationem ulterius fieri debere, nam id qvidem planè præpoſterum eſt. *Licet etiam debitor ſe debere non neget tamen non tunc ſolum, ſi defenſio ei in decreto permiſſa non ſit, appellare poteſt, l. 2. l. pen. C. de pell. Imp. off. ſed etiam judex, qvi inordinate, ſeu, qvod ajunt incivtliter exeqvitur, litem ſuam facit.* Qværitur, *ſi omiſſâ liqvidatione debiti arreſtum impetrans deinde debitū probare velit, an audiendus non ſit, ſed arreſtum relaxandum?* Cum non de cauſa debiti qvod arreſtans poſtea demum probare vult, agatur, ſed de validitate arreſti, ad qvam ab initio reqviritur eſſe liqvidum, eo deficiente arreſtatum reſpondere non teneri, ſed arreſtum relaxandum eſſe putaverim, qvod Carpz. *Reſp. Elect. 38. n. 4. in fin.* confirmat, & ita Scabinatum Lipſienſem de jure reſpondiſſe refert, arreſtum eſſe invalidum, ſumtus in cauſam arreſti impenſos ab arreſtante refundendos eſſe, reſervatâ de damno injuriâ dato actione.

§. V. (2.) Effectus eſt à parte Rei qvod exceptiones reqvirentes altiorem indaginem non impediant exeqvutionem & referendæ ſint ad ordinarium judicium *l. 3. §. ibid. ff ad exhibendum. l. fin. C. de ordin. cogit.* Camill. Borell. *in ſum. deciſ. tom. 2. tit. 32. de ſent. exeqv.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 10. gl. unic. n. 55. & cl. 7. gl. 3. par. 10. n. 75.* Alphonſus de Oleâ, *Tr. de ceſſ. jur. & act. tit. 5. q. 10. n. 20.* Qværitur hîc *an exceptiones altioris indaginis tales eſſe deſinant ſi contrarium per teſtes probari poſſit?* Reſp. quod non. Siqvidem creditor & debitor pro naturâ relatorum eâdem juris diſpoſitione gaudent, *l. ult. C. de indict. viduit. toll.* nec enim actor eſt audiendus ſi in proceſſu exeqvutivo intentionem ſuam per teſtes probare velit. Carpz. *cum alleg. authoribus in Proc. judic. tit. 22. art. 4. n. 32.* ergo nec reus in probatione, jure teſtium, qvod ad proceſſum ordinarium pertinet, gaudebit. De-

§. VI. Neqve exceptiones illiqvidæ per de & relationem juramenti poſſunt verificari, qvippe juramentum eſt ſpecies legitimæ & ordinariæ probationis *l. 30. ff. de jurejurando*, quæ in proceſſu exeqvutivo neutiqvuam locum habet. *Ordin. Polit. Elect. Sax. de anno* 1612. *tit.* von Juſtitien-Sachen. *n.* 19. Matth. Coler. *de proc. exequ p. 4. c. 2. n. 32.* Zang. *de except. p. 3. c. 26. n.* 120. 121. Secus jure noviſſimo Magdeburgico, qvod tempore Sereniſſimi Adminiſtratoris Auguſti excelſæ recordationis introductum eſſe memini. Nota tamen, qvod probatio præſumtiva hoc unico caſu contra inſtrumentum gvarentigiatum locum habeat, qvando nempe debitor ſolutionem opponit & in continenti probat, & juratò affirmat, quietantiam ab hoſtibus ſubreptam, vel igne combuſtam eſſe. Menoch. *lib. 3. præſ.* 135. *n.* 8. Carpzov. *lib. 5. t. 9. Reſp.* 104. *n.* 21. qvod ex ſpeciali gratiâ in favorem debitoris introductum cenſetur, ne idem bis ſolvere cogatur, qvod eſſet iniquiſſimum. Hæc ſunt qvæ per DEI gratiam pro ingenii modulo de hiſce delibare licuit, cui ſit laus ac gloria in ſecula ſeculorum Amen!

MISCELLANEA QVÆDAM EX JURE NATURALI GENTIUM ET CIVILI

1. Datur moralitas ante legem.
2. In res ſingulorum majus eſt Dominium Regis ad bonum commune qvàm Dominorum ſingularium.
3. Fallit Grotius lib. 1. c. 3. §. 1. n. 2. ubi dicit, qvod judicia publica non à naturâ ſed à facto ſint humano.
4. Majeſtas temporaria eſt vera Majeſtas.
5. Virginitatem non licet defendere cum aggreſſoris morte.

6. Ma-

6. Magiſtratus jure naturæ obligatus eſt ad delicta punienda.

7. Bonâ conſcientiâ furem nocturnum poſſum occidere, ſi aliter res meas recuperare neqveam.

8. Innocens civis ſalvâ conſcientiâ hoſti non poteſt tradi, licet toti Reipublicæ ruinam aliàs minetur.

9. Inviolabilitas legatorum eſt juris Naturalis & Gentium pro diverſo concipiendi modo.

10. Moralitas cujuslibet actus pendet à circumſtantiis.

11. Princeps non debet judicare ſecundùm acta & probata, ſed ſecundùm veritatem.

12. Peccat, qui juramentum metu extortum non ſervat.

13. Obligationes perſonis licet cohæreant, non tamen ad jura perſonarũ ſed ad res pertinent.

14. Si iidem nummi mutuò dati reddantur, nihilominus eſt mutuum.

15. Vera depoſiti poſſesſio nunqvam tranſit in depoſitarium.

16. Clericus fidejuſſor non ſatis idoneus reputatur; datus tamen fidejuſſor obligatur.

PETRUS MÜLLERUS JC.

Suo

AUGUSTO HOFFMANNO, U. J.C.

Salutem!

TRia junctim obſervanda ſunt unicuiq; qvi animum ad diſcendum jura applicat. *Primum* adeſſe, *deinde* auſcultare, *deniq;* perſeverare. *Adeſſe decet diſcentem non tam corpore qvam animo. Multi adſunt, ſed exiguo ſæpius cum fructu. Audiunt qvidem docentem, ſed eum non intelligunt, cùm lingvarum ſcientia & philoſophicarum diſciplinarum cognitione planè deſtituantur. Auſcultare modeſtè & attentè convenit maximè juris ſtudioſo, inprimis eos qvi à Superioribus ex cœtu tot eruditorum virorum ad docendum ſunt electi fidemqve publicam habent. Multi multos ſectantur non ſine ipſorum detrimento, ut aliqvando dediſcere neceſſe habeant, qvæ per multum tempus didicerunt. Perſeverare niſi ſibi qvis induxerit animum, ſcientia ipſius nulla erit. Fœdum vitium eſt & cum prima barba reſecandum perſvaſio ex Sapientia, qvo vitio laborant, qvi, cùm pedem vix in limine poſuerint, in meta ſibi poſuiſſe, & cùm vix proœmium Inſtitutionum atqve paucos terminos audiverint, ut nec dupondiorum vices ſuſtinere rectè valeant, egregiè ſibi docti ac juris prolytæ videntur. Sane δοκησισοφων inſignis ſtultitia qvandoqve riſum, qvandoqve bilem movet. Vanitatem & dementiam ridere riſuqve contemnere viris magnis in uſu fuit; ita cum Hirri, Oppii, Curii dibaphum cogitabant, & indigni affectabant honores, interdum etiam parùm honeſtis artibus impetrabant, Cicero cum Amicis ridebat.* * *Dolemus autem, qvod meliora monentes incauti juvenes ſeqvi recuſent. Tu Verò* Clariſſime HOFMANNE, *heic cùm apud nos per aliqvot annos ut verum Studioſum juris decet moratus es, non ita frigidè ſtudia tua tractaſti. De pietate, ſedulitate & conſtantia teſtabuntur omnes, qvibus te junxiſti. Tertiùm eſt, qvod me Præſide cathedram publicam cum laude aſcenderis, ut taceam (numeri ferè oblitus ſum) Te aliqvoties opponentis partes maſculè ſuſtinuiſſe. Viam, quâ inſtas, perge, vulgi ineptias ride ac confide Deo, qvi exantlatos labores academicos ampliſſimâ Spartâ certò compenſabit. Qvod ut omni cum proſperitate fiat, ex animo precor.*

* *Confer.* epiſtol. 9. 12. 16. lib. 2. ad familiar.

(o)

BIBLIOTECA NAZ. ROM...